Sylua.
Frutetum.
Collis.

800063

Estienne Charles

BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE
LYON
1894



CVM PRIVILEGIO.

PARISIIS
Apud Franciſcum Stephanum.
1538

800063

¶ IL EST PERMIS A FRANCOYS Eſtienne faire imprimer ces petitz traictez intitulez sylua, Frutetum, Collis. Et deffences de les reimprimer, ou uendre dedēs deux ans prochainement uenant, ſur peine de cōfiſcation deſdictz liures, & amende. Faict le ſeptieſme iour de Iuing Mil. cinqcens. XXXVIII.

I. I. De Meſmes.

C. Stephanus,

ADOLESCENTVLIS BOnarum literarum ſtudioſis S.

Non poſſum, etiam occupatiſſimus, non obtemperare ſtudijs veſtris, imò potius cõuicijs: quibus nunc tandem adducor vt aliquid ſucciſiui tẽporis ſuffurer, quod vobis impertiar: ne (quemadmodum dicere ſoletis) dimidiatus is labor noſter exeat, quem alioqui non omnino infœliciter cœptum hactenus iudicaſtis. Noui veſtra ingenia: & quid ijs imprimis arrideat: tã tum hoc mihi æque ac vobis grauiſſimum eſt, quòd non, quemadmodum vterꝗ noſtrum vehementer cupit, integra res, hac opera perfici poſſit. Id vero quo minus præſtare queam, facit aliud negotium, quod iamdudum mihi eſt præ manibus: adeo quidem moleſtum, vt vix tantum otij relinquat, quo libere reſpirem. Ab eo autem ſi quando vacare licebit: dabo operã vt omni ex parte ſatiſſiat deſiderijs veſtris. Itaꝗ bono animo ſemper eſtote: & interea dum à maiori negotio quieſcam, ſyluam accipite, quam veſtro ſeminario & item arbuſto ſubnectetis: vt poſt arbores domeſticas & priuatas, etiam ruſticas ac ſylueſtres agnoſcatis.

Tenetis animi noſtri ſententiam, nunc quid hoc libello vobis daturi ſumus, paucis accipite. Sylua quid ſit primum docebimus,

noſtro more,quę'q; eius genera,quóq; pacto in noſtrum vſum reducantur.Inde ad glandium, gallarum & pilularum differentias procurremus,vt poſtea glãdiferas arbores primo,deinde reliquas,quæ paſſim in omnibus ſyluis creſcunt,explicemus.Quo in loco (quantum fieri à nobis poterit) inſudabimus, vt etiam exoticas & externas arbores ab antiquis cognitas, & quarum multa fit à bonis authoribus mentio,à nobis accipiatis. Poſtremo verò,frutices & herbas fruticantes in ea ſyluæ noſtræ parte explicabimus quã frutetum,è re nata, appellare licebit.Cui ob hoc potiſſimum monticulum ſiue collem ſubnectem⁹,& herbas reliquas omnes,quæ tum in ſyluis,tum etiam in montibus (nam raros ſine arboribus montes reperias) ſuccreſcũt,exponemus:ex authorum approbatiorum ſententia.Atq; hæc tandem erit noſtri inſtituti diſpoſitio.Quę ſi vobis tandem placebit, atque etiam digna videbitur quæ aut legi, aut intelligi debeat: ſatis magnum fructũ percepiſſe videbimur & veſtræ humanitatis & noſtræ diligentiæ.

Sylua.

Prætermittemus primũ breuitatis ergò, quæ in hac re vulgatiora videbũtur, ac min⁹ hodie recepta, & fortaſſis indigna, q̃ vt lõgiori ſermo ne recẽſeãtur: queẽadmodũ ſyluã à ſilẽdo deduci, ꝙ minime ſileat, & huiuſmodi plęraq;. Item etiã ea quę ad vocabulorũ interp̃tatiões magis ſpectant, veluti erunt dictiones à ſylua natæ, Syluanus, ſylueſtris, ſyluaticus, ſyluoſus, & huius generis permulta: quæ omnia ex theſauris, aut cõmẽtarijs linguę latinę diligẽs lector ſcrutabitur. Tantũ ea explicabimus adoleſcẽtulorũ noſtrorũ cauſa, quæ ad vocabulorũ (de quibus ſermo futurus eſt) cognitionẽ rariora iudicabimus, & magis neceſſaria, ac minus omnibus cognita, priuſquam ad maiora tranſeamus.

Itaq; ſyluam vocabimus, ſatum arborũ procerarum, tum ad materiã, tum etiam ad apros alendos & ſues ſaginãdos factum, græci ὕλην vocant: quo vocabulo tam ipſam materiam, quàm etiam locum in quo creſcit ac cæditur, intelligunt, *foreſt ou bois de haulte fuſtaye*.

Syluam cæduam appellauit Varro, quę tum ad vſum domeſticum ſingulis annis, tum etiã ad ædificia quolibet quinquennio cędebatur, & in eos vſus ſeri atq; excoli ſolebat, quemadmodum hodie quoq; fit apud nos. Alio loco (inquit) vt ſeras & colas ſyluam cęduam: alio vbi aucupêre. Vnde ſerere, & colere ſyluam, *plan-*

ter ou ſemer une terre en bois, & entretenir ung bois.item cædere ſyluam,*tailler ou coupper ung bois*,recte dicemus & eleganter. Itaque etiam ſylua cædua,dicetur vulgo,*ung taillis*.

Sylua glãdaria Catoni libro primo dicta *ung bois a gland ou glanderaye*, nempe quæ (quemadmodum iam diximus) animalium alendorum gratia ſeritur, vel ad glandem producendam: nam ea potiſſimum arboribus glandiferis ſata eſt ad paſcua,quę vulgus vocat *la paiſſon*. hinc mittere porcos ad paſcua dicemus: *mettre les pourceaulx a la paiſſon*.quod pręcipue ad calendas Octobreis fieri apud nos ſolet: cũ maxime glãdes maturę ex arboribus ſua ſpõte decidunt:id autem eſt quod vulgus noſtrum appellat glandẽ colligere, *cueillir le gland*. nẽpe dũ porci ab Octobri ad Decembrẽ,per ſyluas, glande ſaginantur:ſt[illegible]ato ob id præmio ijs ad quos ſyluæ attinent.

Conſeminea autem ſylua appellabatur,quæ multis arborũ ſeminib9 ac varijs generibus cõſita erat,quã eandẽ barbaricã ſyluã vocat Columella libro.11.capite.2.*bois ſemé ou planté de diuerſes ſortes darbres*.

Quæ porrò ſylua vno tantũ ſeminũ genere ſerebať, ea quidẽ ab arboris genere quo ſata erat nomẽ retinebat.Appellabãt enĩ antiqui vlmariũ,vlmorũ ſeminariũ.Plini9 lib.17.cap.11. *une ormaye*. ſic & cupreſſetũ dixit Cicero prĩo de legibus,*bois plante de cypres*. itẽ etiã querce-

tũ, *une cheſnaye*. Varro, primo de re ruſticã, Si enim ad limitẽ quercetũ habet, nõ poſſes recte ſecundum eam ſyluam ſerere óleam.

Syluula vero dicetur vel inculta ſylua, & in qua paucæ ſupſunt arbores, vel ſylua quę paruum ſoli aut terreni tractũ cõtinebit. *ung bocquet*. Sunt (inquit Columella) quibus cordi eſt, vel in ſyluulis tamaricũ aut ſirporum frutetis immorari: *buyſſon*.

Saltus, latiori quadã ſignificatione ſyluã cõplectitur, ſed quæ intermedia paſcua cõtineat, & interdũ etiã caſas, in quib⁹ tũ ſaltuarij quos vulg⁹ vocat, *gardes de bois*, tũ etiã paſcuarij habitãt *gardes de beſtail*. Vnde Verg. Saltus vacuos dixit, tertio Georgi. & Pyrenęos ſalt⁹ Cęſar primo belli ciuilis appellauit tractũ ĩ Pyrenęis mõtibus (qui Hiſpanias ab Italijs diuidunt) ſyluoſum, & in quo plus ſyluarũ eſſet q̃ vel camporum vel paſcuorum.

Nemus, ex etymo, ſyluã ſignificat amœnam, vel amœnitatis gratia cõſitã, quæ etiã partĩ ob lectatiõis partĩ paſcuorũ cauſa excolitur, ἀπὸ τȣ̃ νέμω, paſco: *bois de plaiſance, ou parc en bois*. Vnde Virg. Didonẽ & Aeneã in nem⁹ oblectationis gratia ſeceſſiſſe finxit lib. 6. Aeneidos.

Quẽadmodũ autẽ amœnitatis gratia nemus cõſerebat͂, ita etiã antiq̃s lucus religionis ergò cõſit⁹ erat. illic enĩ ſolebãt ſacra noctu facere, in honorẽ Dianæ, vel alicuius demortui luctũ. in lucis etiam demortuorũ tumulos erigere ſo-

lebāt,q̃ arborū opaca dēſitate diutiſſime ſeruarentur. Vnde nemini licebat arborum ramos, nedum ipſas arbores,à luco eximere: quapropter opacus erat & admodum obſcurus,quòd nō eſſet cæduus. Hinc etiam tractum nomen, quòd in luco fas non eſſet lucare vel collucare arbores:vel quòd in eo nō æquè luceret atque in alijs ſyluis.Virg.

Nulli certa domus, lucis habitamus opacis.

Sed iam relicta vocabulorum interpretatione, ad arborū genera quę in ſylua conſeri ſolēt veniendū:ac primum de glandiū generibus, poſt hæc autem de glandiferis arboribus dicamus.

Glandes.

Glandis vocabulum interdum latius patet (inquit Caius iureconſultus) & ſub ſua ſignificatione,omnes fructus continet:exemplo græci ſermonis, apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur,cum alioqui proprie turiones , & ſummitates arborum ſignificent. Interdum ſtrictius ſumitur glandis appellatio, & fructum quercinum tantum ſignificat,quēadmodum apud nos vulgo, *du gland* . Proprie autem ſi intelligamus:glandem (quam græci balanum vocant) certe accipiemus pro fructu quem quercus, robur, eſculus, fagus,cerrus,ilex,& ſuber ferunt:hiſpido calyce per genera plus minúſve cōplectēte.Quarum omniū

differentiæ priores, ſumuntur à ſexu, ſitu, & ſapore: aliæ à magnitudine & cutis tenuitate, item etiam figura,quæ alijs rotunda,alijs ouata,alijs acutior eſt: præterea à colore candido vel nigriore:quin & pediculi breuitas proceritáſque differentiã adfert glandibus:de quibus vberius in arborũ deſcriptione tractabimus.

Glandibus arborũ veteres victitaſſe,& opes fuiſſe multarum gentium alta etiã pace fruẽtium,nihil eſt quod longiori ſermone recenſeamus: vnde etiam Palladius de glandium collectione & aſſeruandarum cura meminit,id autem per autumnũ fiebat: quod opus fœmineis & puerilibus operis celebrabatur facile,more baccarum. atque hinc lege duodecim tabularum cautum erat,vt glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere.Quinetiam cum annonæ premeret inopia, proditum eſt arefactas glandes ac deinde in farinam molitas, ad panis vſum veniſſe. Certe memini noſtros Gallos campanos pertoſienſes, plurimũ appetere faginas glandes,& ijs ceu delicatiori quodam cibo victitare ſolere: eſt enim omniũ dulciſſima,qua etiam obſeſſos milites,in multos dies duraſſe tradunt hiſtoriæ.Ea apud Hiſpanos ſecũdis menſis apponitur. Alias glandes nonnulli in cinere toſtas edunt. Cæterum glandium calycibus & corticibus(ſi ſic appellare mauis) aut etiam ipſis exſiccatis integris, præſertim immitiorib⁹ (vt cerreis)antiqui(in-

quit Suidas)ſolebāt igni alimēta præbere. Quarū qa plurim⁹ vſus erat ī balineis, ideo balneū græci βαλανεῖον appellarūt παρὰ τὸ τὰς βαλάνους ἄυειν: hoc eſt, à ſuccēdēdis balanis, vt vel ps ꝓ toto accipiat, vel etiā tota glās ſignificet.

Quæ autē ad reliquā glandiū ſignificationē ſpectāt, id curſim ſubnectem⁹, Theophraſtum lib. 5. cap. 15. glādes à forma, teſtacea animalcula appellare quæ ī rimis cauerniſq; ſaxorū generātur, augētúrq; incremēto admodū celeri.

Glandes igitur, prædictarum arborū fructus præcipua quadā ſignificatione dicūtur, quanq̄ & fruct⁹ caſtaneæ arboris, Græcis Iouis glans appelletur: de qua ī ſeminario dixim⁹. Quin & fructui arboris myricæ ſimilis, in Aethiopia, Thebaide & Arabia naſcentis, inquit Dioſcorides, græci balani myrepſicæ nomen dederunt, hoc eſt glandis vnguētariæ, quòd eius putamine inſtitores vnguentarij vti ſoleant odoris gratia, Plinius myrobalanum appellat.

Cæterū etiā balanos Theophraſto dicitur arbor, à fructu nomē trahēs: grādis, incorrupta, & magna: cōſurgens folio myrti, longiore tantū: caudice carnoſo, nō recto, ſed cōtorto: fructum ferens magnitudine cappari ſimilē, cuius putamine cōtuſo vnguētarij ſolent vti odoris gratia: alioqui nuclei fructuū ſūt īutiles. materies arboris robuſta, vſu pręcipue nauali ī Arabia naſcēs. Itaq; (īquit doctiſſim⁹ noſter Ruellius) multū à veritate deficere vidētur, qui nucē

odoratã quã vulgꝰ vocat moſchatã gręci moſchocaryon *noix muguette* hac glãde vnguẽtaria cõprehẽdi putẽt,lõge ꝓfecto differẽtẽ,& veteribꝰ vt exiſtimo,nõ admodũ cognitã.cũ multũ interſit ĩter nucẽ odoratã, & glãdẽ vnguẽtariã,quẽadmodũ ĩ ſemĩario vberrime docuimꝰ.

Myrobalani.

Myrobalanus itaq; quã Plinius vocauit, vel balanus myrepſica, hoc eſt vnguẽtaria glans, fructꝰ erit arboris quã quidã adipſon,ꝗ ſitim ſedet,alij palmã Aegyptiã,Theophraſtus balanum vocat. Glans eſt magnitudine & aſpectu capparis,aut nuci potiꝰ auellanæ ſimilis.Quãdo autẽ multa ſunt huius genera, nõ erit inutile paucis ea recẽſere ex Ruellio. ac primum de antiquorum generibus dicemus.

Myrobalanũ Arabicã,quã etiã Syriacã vocarũt:antiqui bonitate olei qđ exprimit alijs ꝑpo ſuerũt.Ea aũt eſt duplex:mõtoſa,viridis,tenuis, ac ſpiſſior petręa nigrocortice,nucleo cãdido.

Myrobalanus Thebaica,ab ijſdẽ antiquis exiſtimata eſt,copia olei cæteras antecellere.

Troglodytica myrobalanus omnium apud antiquos viliſſima fuit.

Aethiopicam myrobalanum , ſunt qui ſuperioribus præferant,naſcentẽ in agreſtibus. Eſt autem ea glans nigra,nec pinguis,nucleo gracili,ſed liquore,qui exprimitur, odoratiori.

Aegyptia myrobalanus, pinguior, craſſiori cortice rubet, & quamuis in paluſtrib⁹ exiliat, breuior tamen ſicciórq; eſt.

Antiquitas hoc genere myrobalanorum cõtenta fuit, de quibus ſic inquit Actuarius author græcus. Fructus (ait) ij nobiles plæriſque ad nos ex Aegypto, Syriáq; deportantur: callo corporis compactili, oſſe intus lignoſo: quorũ nõnullos vocant flauos, alios cepulos, quidam magnos malunt appellare, alios nigros: ij communi omniũ ſermone myrobalani noĩe veniunt: quod nomẽ vulgus noſtrũ inuerſum, ac corruptũ vocat myrabolani *des myrabolans.*

Poſteritas atq; adeo ætas noſtra myrobalanorum genera ſic diſtinxit.

Myrobalanos luteas vocat, quę ex herbaceo colore, flaueſcunt: ſpiſſæ quidem eæ, ponderoſæ, exili nucleo, cute craſſa.

Myrobalanos alias à colore cæruleo Indas vulgus appellauit, quę ſunt ſolidæ, ſine nucleis, oliuæ forma: eæ autem nigræ à quibuſdam, & à recentiore Græcia Damaſoniæ nominãtur.

Myrobalani quas vulgus cepulas vocat, cæteris ampliores ſunt, grauioréſque, carnoſæ, & ex fuſco ruffeſcentes.

Myrobalani empeliticæ, ſiue emblicæ appellatæ, ſunt cute oſſibus hærente, lapillorũ penè figura, anguſta, colore in cinerem languente.

Myrobalani boletzicæ dictæ, eadem quaſi forma ſpectãtur qua empelitic ę, nõ adnumerã

tur tamen cum ijs ,ſed ſeorſum poſitæ ſunt.

Hæc in ſtudioſorum gratiam breuiter perſtrinximus : ne quid eorũ quæ cognitu digniſſima erant (quanquam fortaſſis altiora, q̃ vt adoleſcentulis noſtris proponi debeant) paulo negligentius prætermiſiſſe videremur. Veniamus ad gallas & pilulas.

Gallæ , Pilulæ, AMENTA.

Gallæ quæ à græcis κηκῖδες vocantur, à noſtris vulgo *noix de galle* minus cõmunem habent ſignificationem q̃ pilulæ. Sunt enim arborum tãtum glandiferarum: pilulæ etiam aliarum, atq; adeo fruticum : quẽadmodum mox interpretabimur . Itaque omnes arbores quæ glandẽ ferunt, gallam etiã producũt, quã inter fruct⁹ Dioſcorides auſus eſt connumerare.

Eſt autem galla , pilula , inæquali ſuperficie, leuis, ſalebroſa ,præter legitimum fructum in glandiferis arboribus proueniens : præſertim Martij exitu, vel ſole de geminis exeunte:atq; id noctu præſertim, creſcítq; vno die,& ſi occupetur æſtu (inquit Theophraſtus) protinus areſcit, neq; ad iuſtum modum grandeſcit,vt nuclei fabæ magnitudinem non excedat: præter reſinaceam tamen,quæ & nigra dicitur,de qua mox agemus.

Multiplices ſunt gallarum differentiæ , aliæ

enim ſolidæ ſunt,aliæ perforatæ, quædam ni-græ,quędã cãdidæ,aliæ maiores,aliæ minores. Harum autẽ vſus eſt vulgo in omnis generis atramenti confectione, ſiue id ſutorium ſiue ſcriptorium ſiue impreſſorium fuerit.

Galla ſolida, quæ & omphacitis Dioſcoridi appellatur, parua eſt,nodoſa, pondere valens, nullo foramine peruia.

Galla perforata, leuis eſt admodum, & pla-na,hoc eſt nullis nodis glabra.

Gallas eas quæ fungoſæ & flauæ grãdeſcũt, à ruſticis vocari onocicidas prodidit Galenus, quaſi aſininas, quòd ignauæ ſint, & omnium minus efficaces.

Galla quæ candida eſt, corijs perficiẽdis vti-lis:ea eſt quæ vno die creſcit,areſcítq; protinꝰ feruenti æſtu, nec iuſtam implet magnitudi-nem,ſed intra fabæ capacitatem ſubſiſtit.

Galla nigra,ea eſt,quæ & reſinoſa & reſina-cea dicitur:diutius viret,creſcítq; interdum ad mali magnitudinẽ. Ea tingendis corijs aptiſſi-ma eſt,flagrat ſine oleo,& ſi cauernulis tranſ-luceat, minus bona iudicatur.

PILVLAE,& gallas,& quas græci cachryas vocãt(nõnulli amenta)& interdũ etiã panicu-las,cõprehẽdunt.Súntq; peculiaria quędã par-turiẽtis arboris indicia, quæ nec fructũ nec flo rem proprie dixeris.creſcũt potiſſimũ hyeme, vere autẽ dehiſcunt in flaueſcẽtes ſquamulas, & prodeunte folio caducæ, pereunt:cuiuſmo-

di vides in abiete: pilulam enim fert, quæ nu-cleũ cõtinet, qui hyeme quidẽ creſcit, vere aperit: pilula tota cadit, cũ folia cœperũt creſcere.

Varij autẽ generis ſunt pilulæ in glandiferis arboribus. Sunt enim quædã nucibus haud ab ſimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos, qui & probè, gallæ nigræ modo florent: græci huiuſmodi pilulam pylon vocant.

Eſt & alia cũ capillo comigera pilula: verno tempore melligenum ſuccum tum guſtu tum etiam tactu præbens.

Gignunt & alæ ramorum quercus, pilulas ſine pediculo ſeſſiles, parte cõcaua adhærentes, verſicolores, quæ prominentes quoſdã vmbilicos vel candicantes, vel diſperſa nigrarũ macularum varietate notatos prẹmonſtrent: medijs partibus colore cocci rutilantibus: quibus apertis, putris inanitas cernitur, aliquãdo pumices.

Gignunt etiã è folijs prẹdictæ arbores (ſed ra riuſcule) conuolutas pilulas quaſdã, cõpreſſas, & oblõgas, foliorũ tergo adhærentes, aquoſis intꝰ bullis cãdicãtes: quẹ muſcas creant: eæ dũ matureſcũt, tãdẽ ĩ gallas occalleſcẽtes durant.

Hæc autem deſcriptioni glandiferarũ arborum præpoſuimus, tanq̃ neceſſaria quæ primũ intelligerentur: cũ alioqui poſtponi ceu ipſarũ arborũ fructus debuiſſe quiſq̃ iudicauerit. Sed quia inter deſcribendum fieri non poteſt, quin

hæc vocabula ſemper incidant: idcirco cognitionem glandium, gallarum & pilularum, dignam eſſe duximus quæ arborum glandiferarum deſcriptioni præponeretur.

Arbores glandi-
FERAE.

Arbores glandiferas Plinius lib. 16. negat vna voce comprehendi poſſe latino ſermone, quemadmodum græco vocabulo δρῦς, & antiqua voce Saron, à qua Saronianus ſinus: & Saron in Arcadia nemus trans Ladonem fluuium. Sanè græci dryos vocabulo, omne lignũ ſignificant. Vnde gerandryon pro veteri & am buſta quacunq; arbore, quaſi vetus ramale.

Robor antiquis, recentioribus robur, generale quiddam vocabulum eſt Theodoro Gazæ glandiferarũ arborum. quæ quia grandes eſſe ſolent, & admodum vaſtæ ac proceræ: ideo fa ctum vt latini robur pro fortitudine, tum animi, tum etiam corporis ſumpſerint: vnde robur ætatis Ciceroni dictum, pro conſiſtenti, & firma ac perfecta ætate: & robur accuſationis, pro firmamento & argumento potiori. Item etiam eidẽ robuſtus animus dictus, qui cõſtan ter, & infractis animi virib9 quæcũq; pericula perfert: ſic & res robuſta vetuſtate, & malum robuſtum pro inueterato eidem authori dictũ, quarum omnium locutionũ exempla ex the

ſauro linguæ latinæ tibi deſumes.

Robur igitur (vnde roboreus & roburneus adiectiua) quatuor glandiferarum arborum genera potiſſimum cóplectitur. Nempe quercum, quæ græcis hemeris dicitur: item robur proprie dictam, quàm græci dryon agrian vocant: æſculum, græcis platyphyllon dictam: & cerrum, quam græci ægylopa appellant: de quibus arboribus, neceſſe eſt vt nunc agamus.

QVERCVS, Feſto dicta, quòd id genus arboris graue ſit ac durum, etiam in ingentem euadat amplitudinem: græcis hemeris appellata, quam aliqui placidam interpretantur: alij mydion vocant: Roboris genus eſt, trunco neque erecto, neq; læui, neq; excelſo: ſed caudice in orbem comoſo, contorto ſinuoſóq;: conſurgit multis ramorum alis concaua: materie quidem robuſta, ſed quæ fago ſit infirmior: glande omnium maxima & dulci, vnde Macedones quæ dulcem glandem producat quercum, etymodryon appellarunt, quaſi dicas veriquercum.

De quercus auiditate creſcendi, & quemadmodum etiã in planis naſcatur, & in mari rubro, déque pertinaci eius odio cum olea & iuglãde: & quo pacto p inoculationẽ bona pyra aliquando tulerit, viſáq; ſit fronde perpetua creſcere: multis item alijs huiuſmodi rebus, parũ (mea ſententia) ad rem noſtrã faciẽtibus, tacebimus hoc loco: & ad meliorũ authorum

ſentẽtiã lectores remittemus,breuitatis cauſa.

A quercu deriuata(nam etiam hæc puerorum cauſa dicẽda ſunt)quernus &querneus, vnde querna glans apud Virgilium, *gland de cheſne*, & frons quernea apud Columellam, *rameau de cheſne*: item querceus & quercicus: vt quercea corona quæ ciuibus dabatur qui vicerant in bello,apud Suetonium in Caligula: etiã quercica dicta Seruio: febris quoq; quercera ſiue querquera Gellio,grauis & magna appellata. querculana item porta fuit Romæ iuxta collem quercubus conſitum,quę eadem viminalis dicebatur. Quercula præterea herba dicta,quę & triſſago latinis,& Græcis:chamædrys quaſi humilis quercus,quòd folia gerat quercuum folijs ſimilia, breuiora tamen, *de la germandree*.& his ſimilia quę tu ex dictionarijs requires.

ROBVR Theophraſto drys,&drys agria dicta,quaſi ſylueſtris quercus:licet pro communi omnium glãdiferarum genere ſumatur: ea tamen proprie putatur eſſe quæ dicitur *cheſne*.Itali vocem ferè integram retinuere *rouore*,nam quercum vocant *quercia*. Noſtrum autem vulgus nullum inter quercũ & robur vocabuli diſcrimen facit. Robur paſſim in ſyluis ſpectatur,folio latebrarum anfractibus ſinuoſiſſimo:glande exigua:materie duriſſima.Hęc autem ſola, præter fructum, gallam tum candidam tum nigram gerit. Fert & quædã veluti

mora plerũq; tauri caput imitãtia:ſed admodũ raro: fert & hoc quod pilon appellant, ſuperius in pilulis deſcriptũ. Iam & aliud producit, effigiem colis repræſentans, quod quum fuerit perfectũ, tauri caput etiã imitatur, fructu intus nucleis oliuæ ſimili. Parit & aliam inutilem pilulam cum capillo, item etiam quaſdam alias verſicolores, à tergo foliorum hærẽtes, de quibus ſuperius.

Taceo hoc loco de melle, quod Heſichius nõ alijs magis inſidere frondibus q̃ roboreis tradidit: item de viſco, quod in querneis frõdibus naſcitur omnium optimum: vulgus noſtrum vocat *guy de cheſne*, Ion poëta dryon hyphear, hoc eſt ſudorẽ quercus: ſui enim generis planta eſt fruticoſa, ſeſquipedalis, lenta, ſemper virens, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis, ſine flore, tactu ſequax, ſemper in arborib⁹ naſcens, præſertim quercu, robore, ilice, pyro, malóq; ſyluestribus, & terebyntho, nullis præterea alijs. Taceo etiã agaricum, quod ipſa quercus quẽadmodũ aliæ glandiferæ arbores promit. Eſt autem fungus candidus, odoratus, antidotis efficax, in ſummis arboribus naſcens, nocte relucens, de quo tamẽ vberius in abiete. dicerem hic de boletis qui circa quercuũ radices naſcuntur probatiſſimi, nouiſſima gulæ irritamenta, circa robora autem admodum noxij, ſed hæc, vt prolixiora, ita etiam parum à re noſtra aliena viderentur. Itaque ad æſculum

veniendum.

AESCVLVS Græcis platyphyllos, quaſi quercus latifolia dicta, quòd inter glandiferas arbores folij latitudine præſtet, quanq̃ eandem non eſſe arborẽ ęſculũ & latifoliã videatur Plinius annuere, cũ eodẽ in loco & æſculi & latifolię meminerit. Eſt autem robore proceritate & glande inferior: galla, viſu quidẽ quernæ non diſſimili, niſi ꝙ leuior eſt: foliũ gerit graue, carnoſum, procerũ, ſinuoſum lateribus: autumno reddit fructum, ſi Virgilio credimus, & quãtũ corpore eminet, tantũ radice in terram deſcẽdit. Atq; vt in ſumma dicã, Aeſcul9, glandifera arbos eſſe creditur, cuius fructu primæ ætatis homines veſcerentur, & ab eſca nomen traxiſſe volunt, quòd ante cerealẽ frugem & vſum frumenti, mortalibus hęc arbos victum ſubminiſtraret. cũ tamen Theophraſtus glandem illi amaram tribuat, quemadmodum lignum ædificijs inutilem dicit. ab æſculo æſculetum, dictum, qui locus erat ſiue ſylua æſculis conſita, cuius conſerendi & excolendi rationem videto apud veteres agriculturæ ſcriptores.

CERRVS, Græcis ægilops, roboris ſpecies eſt, populo ſimilis, excelſiſſima, & incultis locis amica, caudice recto, excelſo, læui, per longitudinem robuſtiſſimo: Materia alioqui improba, nec niſi ærariorum officinis carbone dotata. glans illi triſtis, horrida, echinato caly-

ce,caſtaneæ modo.Itaque à nullo pręterquam à ſue manditur,nec niſi aliarum inopia:ſola è glandiferis arboribus fert panos arentes, muſcoſo villo,cauos,non è cortice modo, verum è ramis dependentes,cubitali magnitudine,odoratos:ſphagnō ſiue ſphachnon & ſphaſçon appellant Aeoles:item etiam bryon:noſtri penem: Syri vuam dæmonū. Theophraſtus macedonicam cerrū aſprida nominat:vulgus noſtrum appellat *du heſtre* quaſi herrum,c,litera in aſpirationem mutata.abdicatur quoq; apud nos ædificiorum fabricis:vt quæ flexu & fractu infœlix habeatur.

HALIPHLOEOS hoc eſt ſalſicortex ſiue euthyphlœos recticortex, dicta eſt arbor glandiferarum peſſima:cortice & caudice craſſiſſimo, & plærunq; cauato fungoſóq;. Sola corde caret,nec alia putreſcit in eo genere, etiam dum viuit. Quin & fulmine frequenter icitur, quamuis altitudine non excellat:ideo nunquā in ſacrificijs veniebat apud Aeoles. Eadē ferè ſemper ſterilis,& cum glandem tulerit, amara eſt,quam præter ſues nullum attingit animal,ac ne eæ quidem, cum aliud pabulū naniſcuntur.Materies eius ædificijs inutilis, atq; etiam carboni , breui enim putreſcit (inquit Theophraſtus) & concaua inaníſque redditur.Plura ex Ruellij vigilijs.Eam arborem memini me vidiſſe plurimā in via Flaminia circa Vrbem.vt nulla arbor frequentior ſit,in ea

parte. videbis autem putridas plerunque huiuſmodi arbores, excauatas, tactas de cælo. nullo præterea vſui præterquam ad muliebres ſoleas, ſuberis vice.

FAGVS Græcis φηγὸς dicta, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. quòd fagi glans edendo ſit, vnde priſci homines glandibus præcipue faginis victitabãt, vulgo *fau ou fauteau*: ſed & græca dictio etiam Hippocrati fructum ſiue glãdem faginam ſignificat, quam vulgus noſtrũ vocat *faine*. Inter glandiferas arbores (vt prius diximus) annumeratur fagus, tametſi fructꝰ eius nihil habeat glandi ſimile: eſt enim nucleis haud abſimilis, triangula cute incluſus, vt parte poſtrema vtrinqꝫ lapideſcat in duritiem. Cuius glandis mollitiem & delicatum vſum ſuperius iam deſcripſimus. Cæterũ arbor ipſa, aſſurgit caudice craſſo, & in orbem comoſo, neqꝫ ita procero: materie ſcabra, firmiſſima, molli, putrefactioni obnoxia. folio tenui & leuiſſimo, populo ſimili, celerrime flaueſcẽte: & in cuius media plurimum parte, paruula gignitur bacca viridis, faſtigio aculeato. Hæc ex deſcriptione Ruellij.

Cæterum fagi cortex in magno vſu apud veteres fuit. eo enim vaſa vindemiatoria, & corbes meſſoriæ fiebant. necnon gutti, & vaſa quibus in ſacris prolibabant fagino cortice religionis ergò fieri ſolebãt: vnde Curius ille iurauit ex præda ſe nihil attigiſſe, præter

guttum faginum quo litaret. Hinc etiam paſtor ille Virgilian⁹ in bucolicis,duo fagina pocula proponit arte Alcimedontis artificis ingenioſiſſime fabricata,& cælata.

Eſt alterius generis à ſuperiore fagus,etiam fructum ferens: quam Græci oxyan (inquit Barbarus:)Lydi, myſon vocant: Olympo eorum monte copioſam. Vnde Myſij populi dicti,vt Strabo inquit & Euſtathius.Fructus ei⁹, glandis effigie,leuis:includitur cauliculo echynato quidem, ſed blando, nec hiſpido, vt in caſtanea: cui tamen ſimilis eſt dulcedine & ſucco.

Naſcitur & fagus altera in montibus,candida materie,quæ ad multa perutilis eſt: nẽpe ad carpenta,lectos,ſubſellia,menſas. eam eſſe puto qua nos hodie in operibus architectonicis vtimur.

Syluestrem fagum noſtri(inquit Barbarus) ſciſſimam appellant,quæ glandifera non eſt, ſimiliſque potius abieti.Nunquam vt Macedones arbitrantur,floret:ſed erecta,læuis & enodis eſt:ligno colorato, robuſto,neruoſo: folio craſſo,bifido, longiore quàm pyrus,in extremitate aculeato:radicibus nec multis, nec altis. Ea fagus in laminas eſt ſectilis, vnde ad carinas nauium ab antiquis commendabatur,vt author eſt Theophraſtus,item ad plauſtrorum teſtudinem, vectabulorũmque vilem fabricam.

Campeſtris fagus,nigra eſt materie,quapro pter minus petita : Fructum habet montanæ ſimilē.durat in aquis incorrupta, madefactáque firmior redditur.Vtraq; humidiſſima eſt: quamobrem ait Barbarus, lectulos qui ex ijs fiunt incuruari,cedentes ponderi.

ILEX, Græcis πρῖνος: vnde πρίνινος latinis iliceus, vel ilignus, vt iliceæ trabes Statio ſexto Thebaidos:& ilignea frons quam Columella libro vndecimo bubus prębendam cenſet.Vulgus noſtrum ilicem vocat *du houx ou houſſon*:vnde etiam ilicetum *une houſſaye*.

Surgentem focus excipit ſuperba
Vicini ſtrue cultus iliceti (inquit Martialis)

Glandifera arbor eſt,roboris magnitudine & folio, verum paulo minori, & pungentibus aculeis vtrinq; armato, cortice ac caudice leuiori:materia compacta ac robuſta:glandoſo fructu,ſed puſillo: radice multiplici, in altum acta.Fert præter glandem, granum quoddam puniceum,omnibus notum. item etiā viſcum in ramis,vt reliquæ arbores glandiferę.perpetua fronde viret, & in iuſtam arborem proſilit,cum ſibi commodam nacta eſt humū.Hac plæræq; ſyluæ Galliarum ſcatent, ſed in multis locis tam pumila arbos, támque creſcendi pigra, vt inter frutices potius ſit referenda, quibus ſæpes viuæ in pagis paſſim conſtruūtur, baccis ſanguineis per autumnum rubet. Glandifera autem ilex Gallis certe rarior eſt,

quàm vt ſæpe conſpiciatur. Satam tamen in hortis ſuis Ruellius glande creuiſſe ſcribit, cingente robuſteam frondem ſpinarum vallo. Eam exiſtimat ilicem aquifoliam appellãdam potius, quàm aliam herbam, quam Theophraſtus cratægon, vel cratægona appellat, cui tamen hoc nomen aquifolij dedit Plinius, fortaſſis de ilice aquifolia intelligẽs, cum neget ſucci quicquam habere aquifolij baccas.

Dores Ariam ſiue agriam arborem Theophraſto dictam pro ilice aquifolia vſurparunt, quos ſequutus eſt Gaza in Theophraſti verſione. Eã Arabes phellodryn nũcupãt quaſi ſuberiquercum: arbor eſt inter robur & ilicem mediæ naturæ: vt ilicem fœminam quidam affirment dici debere, Dores agreſtẽ ilicem: cuius materia (vbi deficit ilex) vtuntur in carpentarijs præcipue fabricis. Sed de Aria & Cratægo poſtea dicemus ſuo loco.

Eſt & alia ilex ſuperiore minor, quæ coccifera appellatur, Narbonenſi prouinciç frequens, vbi nũc appellatur à ruſticis *uermillon*, ab alijs Gallis *eſcarlate*. Frutex eſt paruus: ramis exilibus, & aculeato folio: rubens lenticulæ forma: granum fert cuius ſucco pretioſo tingũtur lanæ, & purpureæ fiunt: aſpectu coloris gratiſſimo, in roſis micante, imperatorijs paludamentis dicato: eundem fruticem Iones & Græcia tota coccum nominant. quo vocabulo etiam granum intelligunt, quod Mauritani, *quermes*

ſiue *alkermes* vocant,vnde quermeſinus color qui quiſquilio rutilat,*cramoyſy*.

De loto arbore hoc loco dicerem⁹ ꝓpter fo liorum cum ilice ſimilitudinẽ: niſi priuata po- tius eſſet,quàm ſylueſtris:adeóque hodie in no ſtratibus hortis frequẽtior quàm in ſyluis:vul- go vocant *alyſier*.præterea fructum fert, cera- ſum referentem, *des alyſes*: vnde commodius viſum eſt nobis eam arborem poſt ceraſiorum ordinem in ſeminario deſcribere,quàm hoc lo co.Lotus autẽ herba tam ægyptia q̃ ſylueſtris, etiã quæ noſtrâs dicitur:inter herbas pratẽſes ſuo ordine deſcribetur,nempe poſt trifolium.

SVBER latinis,græcis phellos, vulgo *liege*, inter glãdiferas arbores cõnumeratur. Arbor eſt caudicoſa,parúmq; ramigera:admodũ pro- cera:auctúq; ĩſignis:ligno robuſto,cortice vni- cè craſſo,ſolito diſrũpi:fraxini folio, ſed oblon giore,perpetuo virẽti:fructu glandoſo, aquifo- liæ glandi ꝓpe ſimili.Vnde ſuberi,& ilici fœmi næ à quibuſdã vocatæ (quã ſupius phellodryn nominauimus & nõnulli nigrã ilicẽ appellant) eandẽ tribuit deſcriptionẽ Plinius. Alio tamen loco Suber,minimã eſſe arborẽ cõtendit, peſſi- ma glande,rara,cortice tantum in fructu præ craſſo ac renaſcente,atque etiam in denos pe- des vndiq; explanato.Cuius vſus eſt in ancho- ralibus nauium,piſcantiúmque tragulis, & ca- dorum obturamentis : præterea in fœminarũ calciatu:quãobrẽ grçci, mulieres,non infacete

cortices arborum nominarunt.

Suber in Italia aut Gallia non viſitur. Audio tamen hodie in Hiſpania reperiri humilẽ,folio ilicis,aculeato, triſti glande, cortice percraſſo, & multis inanitatibus fiſtuloſo.Cortex ad nos plurimus defertur,muniẽdis aduerſus frigoris iniuriam hyeme calciamẽtis. Ac de glãdiferis arboribus ſatis: nũc ad noſtratiũ ſyluarũ arbores,deinde vero ad externas deueniemus.

Arbores conife-

RAE, ET RESINACEAE.

Ne quid cõfundamus:vtq; ordinẽ aliquẽ obſeruare videamur,cõgeneres arbores vnà ſepo nemus ab alijs.Itaq; poſt glãdiferas,de coniferis dicendum,quæ omnes etiam reſinaceæ vocabuntur,quòd reſinam ferãt,nam etiam picẽ inter reſinarum genera ponemus.

Coniferæ arbores,grçcis *κωνοφόροι* dictæ,à fructibus,quos ferè ſimiles gerũt,nẽpe turbinatós,quæ eſt coni figura.*κῶνος* igitur,inuerſum turbinem proprie ſignificat græcis:à qua figura proprio vocabulo nuces pineę primum appellatę,atque adeo ipſa pinus:deinde vero à ſimilitudine,alij etiã reſinacearũ arborũ fruct⁹. vnde coniferas cypariſſos dixit Ouidi⁹. Sed & nuces pineæ græcis ſtrobili appellatæ, & coccali inqt Galen⁹ lib.7. ſimpliciũ,*põmes de pins.*

Reſinaceæ arbores dictæ, reſinam ferentes ac deſtillantes: quæ reſina varie colligitur:ſiue combuſta teda, vt in pinu (atq; hæc demũ pix dicitur: vnde nihil aliud eſt pix ꝙ fluxus combuſtæ in teda ſua reſinæ) ſiue ligno præguſtato,vt in abiete & picea:ſiue radicibus,ramis & caudice vulneratis, vt in Terebintho.

Reſinam autẽ græci ῥητίνην καὶ πιτυίνην vocant *poix reſine*. Quam autẽ reſinam Columella corticatam appellat,hoc eſt,quæ vnà cũ ipſo cortice legitur ac decerpitur,græci ξυλώδην hoc eſt lignoſam vocãt:Dioſcorides Tyrrheniam,ſiue gallicam. Nam etiam à nationibus cognomen accepit,vt Cypriam & Syriacã quæ colore mellis attici erant plurimum laudauerint antiqui.item etiã Colophoniam,quæ præter cæteras fulua fuit.

Quinetiam ab arboribus dicta reſina,vt larigna,abietina, terebinthina,&c.à larice,abiete, terebintho.Atqui ex ijſdem arboribus colligebatur duplex reſina,alia quidẽ ſicca, alia liquida,quemadmodum fuſius ex antiquis authoribus habebis.

Reſina cocta, prima tantum coctione pix appellatur, græcis πίσσα, vulgo *poix*. Vnde zopiſſam aliqui vocant (inquit Dioſcorides) deraſam nauib⁹ reſinam cũ cera, vulgo à noſtris nautis *bray*.Bis autem cocta reſina, græcis παλίμπισσα dicitur: quaſi bis pix,vel pix duplex,*double poix,ou poix noire*.quæ autem in

reſinæ coctione primũ fluit pix, ea liquida vocatur *poix de bourgoigne*: quæ poſtea remanet, appellatur ſicca, *poix ſecche*. cremata autẽ pice vel in clybano vel alio loco occluſo, quod ſurſum aſcendit, & concreſcit ex fumo, fuligo picis appellatur: qua atramenti impreſſorij confectores præcipue vtũtur, *fumee de poix*. piſſaſphalton autem græci vocant quod nos picis bitumen: quo præcipue picantur naues, & dolia, *poix graſſe*. dicitur etiã piſſelęon, oleum picinum, quod fit ſeparato aquoſo liquore qui ſupernatat pici, ſicut ſerum lacti. Sed de reſina hactenꝰ. Nũc ad noſtrates arbores reſinaceas.

NOSTRATES RESINACEAE ET coniferæ.

Quæ maſtichem reſinam & picem ferunt arbores, tãtam inter ſe deſtillãdi ſimilitudinem, adeóq; multam in natalibus earúmq; appellationibus miſturam habent, vt nihil incertius prima frõte videatur in ijs authoribus qui eas deſcripſerũt. Fruemur tamen in hac parte, doctiorũ opera: & quod breuiter ac ſuccincte de ijs perſtringi poterit, paucis docebimus, ab abiete incipientes.

ABIES, arbor conifera & reſinacea, græcis Elate dicta, gallis Sapinꝰ & Auetum, *du ſapin*. Vnde pars eius inferior quæ enodis, eiecto torulo, ad inteſtina opera comparatur, Vitruuiọ ſapinea appellata eſt: ſuperior autem quæ nodoſa duriórq; eſt, fuſterna eidẽ authori dicta.

Sed & elate vocabulum,Dioſcoridi,palmarum adhuc florentium fructus inuolucrum eſt:quo vtuntur pigmentarij inſtitores ad domandum oleum: ſpiſſamenti loco. Galeno autem quod elate vocatur,tenerum eſt palmæ germen. Nã neq; Dioſcorides neq; Galenus,vnquam in ar borum cenſu,abietis meminerunt. Hinc factũ eſt, vt Plinius in duodecimi voluminis calce, abietem cum ea palma confuderit, quæ medi- cinæ confert germina, folia & corticem. Ait enim quandam eſſe abietem ad vnguenta per- tinentem,quam Elatem vocãt,alij palmam,alij ſpaten. Sed certe nulla pars abietis (quod ad- huc inuenerim) vnguentis nedum medica- minibus addicta cognoſcitur. Itaque videto quàm non ſit tutum Plinio in omnibus fidem adhibere, qui & vires & nomina, atq; interim deſcriptiones tum herbarum,tum etiam arbo- rum ita confundat.

Abietis deſcriptionem ex Ruellio petito. & quas pilulas,quóſq; fructus proferat, quóq; in loco creſcere gaudeat,& quemadmodum ſemi ne tantum naſcatur,quod eſt omnium conife rarum proprium, floreátq; croci colore circa ſolſtitium.Videbis apud eundem duo eſſe abie tis genera: marem & fœminam: quæ mate- rie inter ſe differant:nam fœminæ materia eſt mollior,candidior,operibúſque facilior: in to- tum prolixior caudex: mari autem verſicolor, latior,durior.Ea eſt arbor qua ĩ Gallia Lugdu-

nenſi & ſuperiori Germania, nõ ſolum in ædi‑ficijs, ſed etiam in domeſtica ſupellectile li‑gnea vtuntur.

Abietis trũco,ad radicem vel interdum alti‑us,vbi arbor & lignum carie tentatur, fungus vel adnatum quoddam grãdiori fungo ſimile naſcitur,cui nomen agarico datum eſt,*de laga ric.*Id autem in Delphinatu frequenter reperi‑tur.quicquid exiſtiment nonnulli radicem eſſe cuiuſdã ſtirpis . eo noſtri medici hodie paſſim vtũtur in purgatorijs pharmacis.eſt autẽ duo‑rum generum.mas,grauior,denſior, rotũdior, minus albicans. fœmina candidior dum fran‑gitur,ac leuior : oſtendítque in ipſa fractione, ſtrias quaſdã,veſtigijs dentium in caſeo à mu‑ribus relictorum ſimiles.præſtãntior eſt mare, quapropter medicis magis eſt ĩ vſu.Creſcit eti amnũ agaricus in aquifolia arbore , & multis alijs glandiferis.

PINVS græcis (vt diximus) πεύκη dicta, latinũ quoq; in Gallia nomen retinet,*ung pin,* à pinnato foliorum cacumine . Arbor eſt vul‑go nota.Folium gerit,capillamenti modo prę‑tenue,longúmq;,& mucrone aculeatum:breui ſeta villoſum,pectinum modo diſſectum, pro‑miſſámq; materiam habet,candidam,& abieti ſimilem. Non niſi à vertice ramoſa eſt. nuces fert ſiue conos lignoſos , frequenti nucamen‑to in turbinatam effigiem compactiles:in qui‑bus nuclei ſingulis cameratis toris includun‑

tur. Fert pinus minimum reſinæ, interdum ex nucibus ipſis. Vſtis radicibus nō repullulat, in quo maxime à picea differt. Materies pręcipua trabibus & plurimis vitæ operibus: expetitur quoq; nauigijs.

Duplex pinus: quemadmodum & abies, nempe mas, & fœmina. Mas ſterilis, breuior, folio duriore. lignum habet retorridum, pręcinctum medulla, durum, & ad fabrorum opera contortum. Fœmina, procera eſt, folijs pingitur mollibus, & ſimplicibus nec rigētibus; minus eſt tedacea, læuigatior ac probior curſu meatuum: gerit quam græci vocāt ægida, mellei coloris, pictorum tabellis immortalem, nullíſque fiſſilem rimis.

Duo alia genera in Troade quidam faciūt: Mōtanam pinum, ſiue Idæam vocantes, quæ recta & celſa eſt, craſſa materie, nucibus oblōgis, viridibus, ſero dehiſcentibus, pice copioſa. Maritimam, folio tenuiore, infirmioréq;: cortice læuiore, & corijs vtiliore: nuce rotunda, & quę breui aperiatur: valida & robuſta materie.

PINASTER nihil aliud eſt quàm pin⁹ ſylueſtris: mira altitudine cōſurgit, & à medio ramoſa eſt, ſicut pinus à vertice: copioſiorē hæc radicē fundit in ſummo. Naſcitur tum in mōtibus, tum etiam in planis. Itaq; quæ prius deſcripta eſt, pinus vrbana dicetur. Hæc autem ſylueſtris.

Nuclei pinei, græce ſtrobili dicuntur, vt iam

explicauimus. quanquam & ſtrobilos, tripudij genus ſit apud Iulium Pollucem. Galenus etiã coccalos vocat. Sunt etiam qui coccalos pro cocco gnidio accipiant. Nucem ſapineam vocauit Columella, alij nucẽ pineam: vulgus noſtrum pomum, ſiue malum pineum appellat: *pomme de pin*. Sunt autem eius quaterna genera, quæ tu longiori ſermone deſcripta in Barbari commentarijs videbis.

PICEA, quam græci πίτυν, & poetæ blotrẽ vocant (vt quidam rentur) arbor eſt pino congener, & huic ferè ſimilis, folio breui, ſetę proximo, craſſiore tamen, duróq́, vt cupreſſus, immortali virore &c. In ſumma laricẽ quã poſtea deſcribemus proxime imitatur, & pinũ. Tãtum hoc à pinu differt, quòd pinguior ac tenuior folio eſt, minus alta, minúſq́ recta. Fert prætérea conum minorem, & magis algẽtem: nucleos quoq́ reſina perfuſos gerit, vſtis etiam radicibus repullulat, quod pino non accidit. Frequens eſt in alpibus, fundítque reſinam plurimam, candida gemma interueniente, quæ thuri vſq́ adeo ſimilis eſt, vt pro eo ſępe fallat: gratiſſimum enim odorem habet. Huius ſpeciem Theophraſtus phthiropœon vocat, hoc eſt pediferam, tineoſámq́, quia totis paniculis nõ prima tantum in parte, vt abietes, nucleos & minores & nigros habeat.

PICEASTER quemadmodum & pinaſter, picea ſylueſtris eſt, quæ in Hiſpania viſitur, ex

qua reſinam,vnde pix coquatur colligunt.

Fructum piceę Dioſcorides à græcis pityida vocari tradit,itémq; pini: ſed improprie inquit Galenus. Plinius pinaſtri nuces ita quoq; nominát. Hippocrates pityida reſinam è pinu ſiue picea potius intelligit q̃ fructum.

TEDA proprie dicta, picearum generis arbor, in Illyria, græcis das ſiue dadion appellata.redundantior eſt humore, quàm reliquæ, aut pinus, aut etiam larices: parcior tamen,liquidiórque,quàm picea, flammis & lumini ſacrorum grata : vnde nos improprie tedas appellamus, tum piceæ ſatiuæ partes imas, tum alia quoque ligna,quæ flamma olei vel picis illitu concepta,faculæ modo luceant.

CVPRESSVS,inter noſtrates arbores coniferas & reſinaceas iure cõnumerabitur, hãc enim pleriq; Galliarum tractus habent.græcis κυπάρισσος dicitur, ἀπὸ κύειν παρίσους τοὺς ἀκρέμονας, hoc eſt à partu ramulorum parilium(vt inquit Didymus)quòd ex æquo & ramos & fructus creet. Dictas etiam Cupreſſos χάριτας idem prodidit,quòd nobis eſſent oblectamento : vel ꝙ Charites Eteoclis filiæ, dũ tripudio dearum ſubſilirent,in puteum cecide rint,quas deinde Tellus in arbores frondoſas puellis ſimiles,ad oblectamẽtum,& rei memoriam conuerterit. Diti ſacra arbor, funeribus indicãdis olim ante domos poni ſolita: ob hoc ei negotio dicata,ꝙ ſemel cæſa nunq̃ regermi-

net,præſertim à radice. Eſt admodũ procera, caudice oblongo ac tereti,folio pini,ſed carnoſiore,amaro,neq; ita pũgenti,frõde indecidua, odore vehementi.cætera ex Ruellio.

Cupreſſi duo genera: fœmina,quæ diu ſterilis eſt,meta in faſtigium conuoluta, neq; repudiata, diſtinguendis pinorum ordinibus facilẽ ſe tonſili culturæ præbẽs: hiſtoriales picturas tenui folio, breuíque & virente ſuperueſtiens. Cõtrà mas,ſpargit extra ſe ramos, deputatúrque, & accipit vitem. Vterq; ſexus in perticas aſſeréſq; admittitur, amputatione ramorum, qui tertiodecimo anno,ſingulis denarijs vęneunt, apud Venetos.

Tarentinam cupreſſum Cato præcipue laudat,quoniã (vt Plinius arbitratur) è Creta venerit Tarentum. nam in Creta quocunq; loco quis mouerit ſolum,niſi ſeratur alia,hæc ſponte gignitur.Nonnulli tamen Creticam cupreſſum nominãt,alterũ herbæ Sabinę genus quã græci *βϱάθυϱ* appellant, nos vulgo *ſauinier*,*q;* ca,ſit cupreſſi folio.de qua in Hortulo noſtro. Cæterum Mileſia cupreſſus omnium laudatiſſima fuit antiquis.

Fructum cupreſſi galbulos,& nuces cupreſſi recte vocaueris, *noix de cipres*. Nam galbæ (vt ait Suetonius libro ſeptimo) animalia ſunt exilia quæ in æſculis arboribus naſcuntur: vnde primus Galba Romæ appellatus. Reſina è cupreſſu etiam manat, qua ſi quid vnxeris, à

carie ꝑpetuo vindicatur. Eſt enim ſapore acerrima, quapropter tineas & vermiculos, teredinéſque facile enecat.

Eſt & coactæ breuitatis frutex, quem chamęcypariſſon quaſi pumilam cupreſſum vocant, hortis familiaris. hinc ab odore formáque foliorum eiuſdem nomenclaturæ arboris, vulgo nominamus *du cypres.*, quòd quaſi ſit cupreſſi abortus: folio incano & perenni. Sunt qui abrotonum fœminam eſſe putēt, de qua in hortulo plura.

IVNIPERVS, etſi conifera non ſit, tamen quia reſinam thuri ſimilem & bene olentem fundit, inter arbores reſinaceas à nobis connumerabitur.

Iuniperum itaq; arceuthon gręci vocarunt, noſtri *genefure*. Arbor eſt duorū generum. Nēpe maior & minor: cortice membraneo, & qui ſponte rūpatur: materie fulua, odorata: ex qua manat liquor, thuris odorē ac colorem æmulans: Coma viret perpetua, ſpináque potius q̃ folio, veſtitur: ſed herbacea eſt ſine flore, cæruleis baccis. In ſumma, cedro penè ſimilis, tum effigie tum natura.

Duo apud nos inueniuntur genera iuniperi mōtibus vernacula: Vnum pumilum, humile, ſeſſilib⁹ in terra ramulis: alis parū ſe ab humo attollentibus: quibus ſpina pro folio eſt: radicibus ſummo ceſpite fuſis: baccis primum virentibus, deinde per maturitatē nigris. Alterū alti

us adoleſcit,caudice ꝓcero,cortice fragili,nec difficulter fathiſcente:ligno fuluo,odorato,ramis latiorib⁹, aculeorũ aceruo ſtipatis: baccis priori conſimilibus. Cætera ex Ruellio.

Humor in iunipero ad lachrymæ modum concreſcit, qui crematus nidorem odore thuri non cedentem expirat.Sunt è recentioribus grȩcis qui tradãt æſtiuis tẽporib⁹ arborẽ (quã iuniperum appellant) lachrymam ſudare,quæ coloris officio durata, coeat in gummi. Hæc peculiari regionis vocabulo, *uernix* dicitur. Nunc ad externas arbores coniferas & reſinaceas.

EXTERNAE RESINACEAE ET CONIFERAE.

LARIX (ſiue vt alij) larex,nomine pityos, hoc eſt piceæ, comprehẽditur à Theophraſto. Arbor enim eſt magna,piceæ ſimilis,craſſior, læuioríq; cortice,folio villoſo,pingui & denſo, mollíque flexu,materie præſtãti,rubente,odore acri.Vitruuio arbor eſt folijs ſimilibus pini, cuius materies prolixa,tractabilis ad inteſtinũ opus,non minus quàm ſapinea. Habet reſinã liquidam,mellis Attici colore:quæ larigna reſina dicitur.Nota eſt arbor(inquit idẽ author) municipibus qui ſunt circa ripã Padi,& Adriatici maris litora. Nunquam eroditur à tineis, aut vermibus,& propter ſui amaritudinem ab omni carie vindex eſt.Quin & (quod fortaſſis mirum videbitur) flammam ex igni nõ conci

pit:nec ipſius arboris materia per ſe ardere poteſt : niſi (vt ſaxum in fornace ad calcem coquendam) alijs lignis vratur: nec tamen tunc flammam recipit,nec carbonem remittit : ſed longo ſpatio tarde comburitur : quod ex Cæſaris victoria patet, quam habuit circa Alpes dũ caſtellum cui Larigno nomẽ erat (propter laricũ in ea vicinia frequẽtiam) obſideret:nullis enim facibus neque faſciculis virgeis inflãmatis,potuit incendere pyram ligneã quæ ante caſtelli portam larignis trabibus erat conſtructa ad repellendos milites.

LENTISCVS à græcis σχῖνος vocata:arbor eſt roboris magnitudine,ſorbi folio: Dioſcoridi glycyrizæ ſimili: terebinthi odore: acinis punicæ ſylueſtris, rubẽtibus, & vbi maturuerint nigris,tantiſper dum coquuntur rufis. Atque hæc dicitur lentiſcus Chia, (hoc eſt in Chio inſula naſcens) cuius arboris reſinam quidam(vt inquit Dioſcorides)maſtichem nominant.hęc autem gummi modo naſcitur,nigra & candida:ſed probatiſſima maſtiche,Chia candida.quanquam maſtichem Theophraſtus dixerit etiam ſpinã iſchinam ferre,& item aliam ſpinã in India & Arabia quam lamam vocant.Cæterum lentiſci baccas ſchinides vocauit Hippocrates.

Aliam à Chia lentiſcum ſe meminiſſe teſtatur Plinius lib.15.cap.24. quam Italicam lentiſcum vocat.Ea autem erat folio piſtacij, ſed

minore,per extremitatem rubente: in ſummo ſiliquæ piſorum,ſed corniculi modo intortę,in quibus reſina odoris iucundi continetur. Fructus ſabuci ſpecie in racemis dependet,qui initio rubet,poſtea nigreſcit: Ter anno floret,& coma pubet perpetua.Huiuſmodi lentiſcũ nouiſſe etiã Ciceronẽ palam eſt, ex his verſiculis quos conſcripſit,

Iam vero ſemper aridis,ſempérq; grauata
Lentiſcus, triplici ſolita eſt grandeſcere fœtu:
Ter fruges fundẽs,tria tẽpora monſtrat arãdi.

Fuit lẽtiſcus etiã Italis noſtris recẽtiorib9 nota.Nã & Barbarus refert,Romę in ruderib9 & monumẽtis antiquis lentiſcũ oſtendi,folliculis inanibus,& deformibus:quibus cõfractis,culices euolare frequentes tradit.

TEREBINTHVS, græcis τέρμινθος, arbor eſt circa Macedoniã & Idã in Troade, breuis, fruticoſa & cõtorta.In Syria aũt (quę vt Plin. tradit plurimã terebinthũ habet, pſertim circa Damaſcũ, vbi mons terebintho nec alia ſylua ſcatet) magna & copioſa,decoráq; aſpectu, fidelis ad vetuſtatẽ: materie admodũ lẽta & vehemẽter nigra,ſpiſſa,ſplẽdida,ex qua calices in Syria ad capulos detornãt,quo nomine Thericles plurimũ celebrat9 eſt:lauri penè folio, ſed denſo,& rubẽti,numeroſo,ab eodẽ pediculo,in verſus digeſto,vt ſorbo,minus tamẽ angulato oleoſóq; vt fructus, & per ambitũ laurinis folijs ſimili.Vnicũ ad cacumen exit,& numerum

pârem cõturbat.Flos illi racemoſus,oliuæ mo do,ſed puniceus:qui tandem in baccas exit,pri mum herbaceas,mox rubras,& tandem matu ritate nigrantes: magnitudine fabæ reſinoſas, & ſulphuroſas,quæ ſi maturæ nõ ſunt, in aqua ſupernatant: maturæ & nigræ,ſidunt.fert nu- caměta quædam caua,ceu folliculos, vlmi ex- emplo,emittentes quædam animalia veluti cu lices,lentorémque reſinoſum,qualis qui corti- ce erumpit. Radicem habet validam, in pro- fundum actam.Vere concepto germinat, meſ ſibus tritici aut paulo ſerius fructificat:perpe- tua coma viret. Ex Terebintho reſina liquida deſtillat, quæ omnes alias antecedit, Terebin- thina appellata (inquit Dioſcorides) cui boni- tate ſuccedit lentiſcina: ad quam tollendam,ar bor poſtquam germinauerit inciditur: id quod in omnibus alijs arboribus reſinam fundenti- bus obſeruandum eſt.

Terebinthi duo genera,mas & fœmina:quē- admodum aliarum quoq; reſinacearum. Mas ſine fructu eſt,(inquit Theophraſtus)fœmina- rum rurſus duo genera:alteri fructus rubet lē tis magnitudine:alteri pallid⁹ eſt.χλοερὸρ qua- ſi herbaceũ vocat.cũ vite matureſcit,haud grā dior faba,odore iucundior,tactu reſinoſus.

Terebinthũ Indicā haberi refert Theophra- ſtus:alijs ſupioribus ferè ſimilē:fructu tantũ di uerſo,amygdalarũ ſimilitudine,ſuauitate pſtā- tiori,quapropter incolæ his potius vtuntur.

THVS Græcis λίβανος vel δενδρολίβανος dicta, in Arabia præcipue naſcẽs: arbor eſt terebintho proxima: vnde Antigono regi viſa eſt eſſe ipſamet Terebinthus. Quidam lauro proximam faciunt, alij lentiſco ſimilem. Vnde quid in tanta varietate certi adducam non eſt in promptu: cum eius arboris facies à nullo latinorum, neq; etiam græcorũ authorum ha ctenus exacte tradita ſit. Plinius thuris arboris altitudinem ad quina ferè cubita reducit, ramis frequẽtibus, quales ſunt aceri: folio pyri, ſed multo minore, coloris herbacei, modo rutæ: lęui cortice vt lauro. Philoſtrat⁹ in Caucaſi montis præruptis lateribus proceras arbores naſci prodit, è quibus manans thus deſtillet. cætera ex Ruellio.

Thus (inquit Barbarus) vel à græco theos, aut alio vocabulo ſacrificiũ ſignificante θύειν deriuatur. Nam thure antiqui penates & diuos ſuos adolebant, vel dictum tus à tuſis glebis, vt tunc latine ſcribi debeat.

Thuris arboris lachryma (ſiue reſinã appellare voles) latinis, arboris nomen retinet: vulgo incenſum appellatur, *de lenſens*. Græcis & Galeno libanotus. Nam arbor ipſa (vt dixim⁹) libanos dicitur: à iuuene aſſyrio cui tale nomẽ erat, quem cum ſtudioſiſſime deos colentẽ inuidi occidiſſent, dij in arborem (vt Græci fabulantur) conuerterunt.

Thuris autem multę ſpecies. Maſculũ, quod

aliqui à ſpecie teſtium dici putant: idq; (modo non ſit factitium & adulteratum) rotũdum, friabile, ſolidum, intus albũ eſt. Virgilius, Verbenáſq; adole pingues, & maſcula thura. vulgus noſtrum id thus maſculum, olybanum vocat, *de lolyban* articulo ſumpto cũ græco vocabulo ὁ λίβανος.

Thus fœmininum, quod quidam mãmoſum vocant, molle eſt, in cortice, & intus flaueſcẽs. huic autem præcipua eſt gratia, cum inhærente lachryma, priore cõſequuta, alia ſe miſcuit.

Minores thuris lachrymas, ſiue guttas Græci orobiam vocarunt: quẽadmodum micas cõcuſſu eliſas, mannam thuris, ſiue pollinem thuris. Corticem autẽ thuris appellarũt, omne id quod in arbore hæſit, ferramentóq; auulſum, corticis aliquam cruſtam ſecum detulit. Cætera ex bonis & probatioribus authoribus deſumito. nam omnia complecti vt difficillimum eſſet, ita certe longiſſimum, & fortaſſis præter inſtitutum.

MYRRHA, dubium non eſt quin ſit arbor quam Græci σμύρναν vocant, lachrymam fundens quæ etiam nomen retinet *du myrrhe*. Sed qua ſit ſpecie ac forma, minus facile eſt in tam varia opinionũ altercatione ſtatuere, noſtrâs enim non eſt: neque etiam noſtris regionib⁹ vicina. Nam apud Arabes, Troglodytas, Indos, & in Bæotia reperitur, quinis (inquit Theophraſtus) cubitis humilior: minor thure,

caudice fruticoſo, duro, & circa radicẽ intorto, craſſiore ſura hominis, cortice læui: folio vlmi (oleagino inquit Plinius) ſcabro, criſpo, in extremitate, vt iligneũ aculeato. Huiuſcemodi arborem alij iunipero, alij lentiſco, alij terebintho aſſimilarunt. Quapropter, quando certi nihil hoc loco proferre poſſumus, ſuperiori tantum deſcriptioni innitemur.

Huius arboris lachrymæ quam etiam myrrham vocant, multa ſunt genera, variè à Plinio, item etiam Theophraſto, ac Dioſcoride deſcripta: pro tractuum in quib⁹ arbor creſcit varietate. Itaque (ne confuſum quid adferamus) tantum de ijs dicemus, quæ magis neceſſaria videbuntur, ea interim genera prætermittentes, quibus hodie non vtimur, quibúſq; nullam operam damus.

Myrrha reſina ſatis vulgo cognita, nedum officinis. Sed alia (inquit Theophraſtus) ſtillatitia eſt, alia fictitia. Stillatitia, hoc eſt quæ ſponte ex ipſa arbore defluit, priuſquam incidatur (inquit Plinius) ſtacte appellatur: colore pallido, ſuauitate mira, ſed amaritudine pręcipua. Fictitia, vocatur plaſte: atque ea eſt, quã antiqui in vnguenta conſeruabãt, & cuius expreſſione, vnguẽta faciebant (inquit Dioſcorides) odorata & pinguia.

Stacten (ait Ruellius) officinæ, & medicorũ vulgus, ſtyracẽ liquidũ appellãt, fortaſſe nōis vicinitate falſi: cum ſit reuera ſtyrax liquidus,

tuſæ myrrhæ recentis exigua aqua conſperſę, præpingue ſerũ,organo expreſſum:aut(ſi ma‑uis)pinguiſſimus myrrhæ flos, vel tortiuum myrrhæ ius machinis extractum. Faciunt & aliud ſtyracis genus,quod calamitam vocant. de quo ſtatim poſtea.Stacten etiam antiqui(in quit Athenæus) pro Aegyptio vnguēto ſum‑pſerunt:quod & Perſicis regibus dicatũ erat: id enim capite diadematis vice geſtabant (in‑quit Dioſcorides) Sed & ſtacte Græcis pro lixiuo (quod cineris elotio eſt) ſumebatur: cui tamen dictioni tunc addunt vel ſubau‑diunt κονίαν.

STYRAX, quam vulgus pharmacopolarũ appellat ſtoracem, arbor eſt reſinacei generis, ſuæ etiamnum reſinæ nomen præbens.Naſci‑tur præſertim in Syria,quanquam etiã in Cy‑pro,Creta,Cilicia & pleriſque alijs locis inue‑niatur.Quod autem ad eius deſcriptionem at‑tinet.Arbor eſt cotoneæ malo ſimilis: fructu maiore quàm auellana, ſpecie candidi pruni: manat ab ea liquor coloris flaui, ſordidi, reſi‑noſi,albicantibus fragmentis,odoris perſeue‑rantis:eum liquorem vulgus noſtrum ſtoracē calamitam appellat, neſcio qua ratione: liqui‑dus autem ſi fuerit (quemadmodum interdũ ex eadem arbore reſina alia, alia liquidior pro fluit)ſtoracem liquidum appellat,de quo pau‑lo antè in myrrhæ deſcriptione.

BDELLIVM externa quoque arbor reſi‑

nacea, ſuæ etiam lachrymæ nomen præbens: in Arabia & Scythia creſcit:nigra eſt,oleę magnitudine, folio roboris, fructu caprifici,nec inſuaui:manat ex ea humor quē officinę bdellium appellarunt,vt iam diximus : quanquam Galenus diuerſam & arborem & reſinam in Arabia & Scythia autumet.Sunt & alia eiuſdē reſinæ genera,quę tu à bonis authorib9 collecta apud Ruellium & Barbarum videbis.

CEDRVS,ſolo tantum nomine apud nos cognita:vocamus enim vulgo *ung cedre*.Hui9 autem deſcriptionis, tam varia eſt Theophraſti,Galeni,Dioſcoridis,Pliniíque opinio,vt vix aliquid certi de ea arbore adferre poſſimus. Tantū huic deſcriptioni hęrebimus,quā Ruellius ex bonis authorib9 protulit. Arbor eſt iunipero nō abſimilis, folio duro, acuto mucrone,capillato,piloſo, pungente, ramoſo:baccis myrti,flauis,odoratis, eſculentis:nouo fructu per autumnum cum anniculis pendente,ligno cōtorto, nodoſo,frequētibus alis: medulla rubente,odorata:radicibus raris,per ſumma terræ diſperſis.Theophraſtus duo præcipua eius facit faſtigia:alteram phœniciam, alteram lyciam appellans.Plinius longe aliter ſentit.Diuerſam quoq; habet opinionem Galenus,& itē Dioſcorides, quemadmodum ex Ruellij commentarijs latius videbis.

Cedris autē (à Theodoro Gaza cedrula appellata) frutex eſt puſillus,arboreſcens, frōdes

æternæ,in Phrygia & Arcadia naſcens.

Cedria vero eidem authori,diſſidet à cedro, éſtq; arbor folio pungente,mucronibus perinde vt cedrus.

Cedrelate, cedrus eſt maior appellata Græcis, cuius duæ etiam traduntur ſpecies. Quæ floret ſterilis eſt,fructifera,flore vidua,ſemine & cortice cupreſſi:triplici dotatur fructu, iam maturo,adoleſcente,& recens nato:lignum odore ſuaue eſt, ac æterna materie. Cedria etiã præter ſuperiorem ſignificationem, cedrelatæ tum reſina,tum etiam pix appellatur:ita vt, ſi proprie loquamur, nihil aliud ſit cedria, quàm cruda cedri lachryma.

Cedrium vero, ſuccus eſt cedri, è teda eius conciſa furnis, qui primus aquæ modo fluxerit in canali:&qui inde ſequitur liquor pix appellatur. Confundunt tamen authores & cedrium & cedriam.Adeo nulla eſt vocabulorũ proprietas,quæ perpetuo obſeruetur.

Cedrides Galeno & Dioſcoridi, cedri ſũt fructus,quemadmodum Daphnides fructus lauri,*noix de cedre*: Plinius mala cedria appellat. parumper vrunt os guſtãtis (minus tamẽ cedri lignum)vt etiam facile mandi poſſint: ſed tamẽ ſi copioſius edãtur(inquit Galen⁹)caput tentãt,& dolorẽ creãt,atq; interanea vellicãt.

Ex malis cedrijs exprimebaſ apud antiquos oleũ,optimæ facultatis, quod illi cedrelæũ appellarunt,Columella cedriũ liquorẽ nominat,

Galenus cedream oleoſam mauult appellare. Atq; hęc lector q̃ varia quánq; incõſtãtia ſint, & ob hoc nõ parũ difficilia, quęſo pauliſper me, cũ perpendito: tũ autẽ facile videbis (ni fallor) quantũ inſudauerint ij qui hæc tibi collegerũt.

RELIQVAE ARBORES A CONIFERIS, ET RESINACEIS, QVAE etiam in ſyluis paſſim creſcunt.

De coniferis & reſinaceis arboribus abunde diximus: ſupereſt vt de alijs agam⁹, quæ ſyluarum & montiũ propriæ ſunt: ac primum à noſtratibus incipiendum, vt deinde ad externas veniamus: ne quid confuſum aut minus ordinatum videatur.

NOSTRATES.

TILIA vulgo *tillet* Græcis philura, Theophraſto interdum philyca: Arbor eſt nota, folio hęderaceo, molliore, & in angulum acutiorem rotũdiore ac ꝓlixiore: in orbẽ lente criſpo atq; ſerrato: flore tãtiſper dũ calyculo cõtinetur herbaceo, vbi emerſit, flauo: fruct⁹ magnitudine fabæ ſimilis, in quo ſemẽ prætenue q̃tũ atriplicis, omnib⁹ animalib⁹ ingratũ, cũ alioqui foliorum corticiſq; ſucco (qui dulcis eſt) apprimè delectẽtur. acinos gerit hæderæ ſimiles.

Marẽ & fœminã quidã faciũt, multũ inter ſe differẽtes. Nanq; materies maris dura, nodoſa, rufior & odoratior, cortex quoque craſſior, & detractus inflexilis. nec ſemẽ fert aut florẽ vt fœmina: quę craſſior eſt arbore, materia quoq;

cãdida. Mõtibus aquoſis gaudet, ex cuius corꝫ tice, infantium cunæ fiũt, & ciſtæ: leuiſſima eſt enim huiuſmodi materia, vnde Virgilius ſecũꝫ do georgicon tilias leues appellauit. Fiunt & è ligno tiliaceo capſæ & arculæ, vnde Columelꝫ la lib. 12. arculas tiliaceas laudauit.

Sed & tilia minus late ſi ſumatur, pro tuꝫ nicis tenuiſſimis accipitur, quæ inter lignũ & corticem multiplici membrana inueniuntur, è quibus etiam vincula tiliæ vocãtur. Vnde per trãſlationẽ Plinius corticis interiores tilias in vlmo dixit pro huiuſmodi membranulis. Phiꝫ lyras quoq́ꝫ (ſiue mauis Philuras) pro tenuiſſiꝫ mo earum membranarũ corio ſiue libro ſumꝫ pſit idem author, in quo ſolebant antiqui ſcriꝫ bere, vnde ait Martialis, libros in philyrę corti ce ſubnotatos. Quin & ex philyris nectebãtur coronę apud antiquos: quoniam flexiles & deꝫ coræ eſſent: hinc Horati⁹ ait ſibi diſplicere neꝫ xas philyra coronas. Atq́ꝫ hæc de Tilia ſatis.

ACER vulgo *erable*. Arbor eſt tiliæ nõ abꝫ ſimilis, forma & magnitudine, verum cortice paulo ſcabriore ſubliuidóq́ꝫ, craſſo, & ad flectẽ dum contumaci: radicibus paucis, ſublimibus, criſpis: materie venis longioribus fluctuante, molli, macilẽta, gracili, ex qua fiũt arcus apud nos. In riguis potiſſimum naſcitur. Plinius auꝫ thor eſt in hac arbore duo tubera reperiri: vnũ bruſci nomine, alterum moluſci: illud intortius criſpum: hoc ſimplicius ſparſum.

Aceris genera tria fecerunt græci: campeſtre,quod candidum aiunt eſſe,nec criſpũ: atq; id quidem γλεῖνον vocant:Montanum, criſpiꝰ duriúſque:Tertium genus zygiam vocant,fiſſili ligno,cortice liuido,& ſcabro, materie rubenti,ex qua iumentorum iuga fiebant, vnde nomen tractum.Quãquam nõnulli carpinum eſſe autument.

CARPINVS vulgo *charme* inter aceris genera enumeratur, quemadmodũ mox dicebamus,atq; id eſt genus quod græci ζυγίαν quaſi iugalẽ vocarunt,quòd ex eius arboris materie τὰ ζυγὰ hoc eſt iuga iumentorum probe fierent:quanq̃ etiam manubria carpinea ruſticis inſtrumentis apud antiquos fierent, inquit Plinius lib.16.& Columella lib.12. noſtra autem Gallia carpinũ Vulcano potius quàm lautis operibus dicat.

Diuerſum genus ab acere carpinum eſſe ait Theophraſtus ex quorũdam opinione:refértq; Stagiritas hòc diſtinguere carpinum ab acere: quòd carpino flaua criſpáq; materies ſit,aceri cãdida:intercurſantibus neruis ſcatens.vtraq; arbor ampla: platano in fingẽdo ſimilis.Cæterum carpinus cortice paulo ſcabriore quàm tilia veſtitur, ſubliuente,craſſo,ſpiſſiore q̃ picea & inflecti contumace.Radices paucas mittit, ſublimes,magnáq; ex parte criſpas.

ALNVS,apud nos latinum nomẽ ferè retinet *aulne*:vnde pumilas ſiue puſillas alnos,vul

gus noſtrum vocat *aulneaulx*: arbor eſt flore & fructu ſterilis, in aquoſis naſcẽs, caudice recto, ligno medulláq; molli: folio pyri ſed ampliore, ac neruoſiore, quadãtenus orbiculato, virgatóq;: cortice ſquaroſo, foris albicante, intus rufo: radice ſumma, tenui, nec maiore q̃ laurus. Materies eius ad naualia cõmendatur. vnde Virgilius primo Georgicon,

Tunc alnos primum fluuij ſenſere cauatas.

BETVLA, vulgo nota, Gręcis ſemyda dicta, noſtris *bouleau*, gallica eſt arbor (inquit Plini⁹) mirabili cãdore, atq; tenuitate, terribilis magiſtratuũ virgis, eadem circulis flexilis, item corbium ſportis, & ligaturis vtilis. Cæterum folio eſt fagino, paulo anguſtiore, trunco enodi, cortice verſicolore, materie læui, cãdidiſſima, virgultorum eximia tenuitate: cortex ignem facillime concipit, ideo rura lucernarũ vice ſuccendũt, reddit flagrãs pingue quoddã & oleoſum. vſus apud nos baculis tantum & ſcopis.

FRAXINVS Gręcis melia vel milea, noſtris *freſne*, arbor eſt in planis potiſſimũ naſcẽs, procera, caudice tereti, craſſiuenio, neruoſo, læui, enodi (quãq̃ triozos, hoc eſt, trinodia à Græcis vocitata: ſed ob id q̃ ramos habeat prægrandes, ordinatos, paréſq; numero) corticem habet læuẽ, ſpiſſum, tenuẽ, rubrum: ramos vtrinq; pẽnatos (inquit Plinius) hoc eſt per ampla verſuum interualla, tanq̃ per genicula cõtinenter vtrinq; pendentes, perinde atque ſorbus: Folia

gerit lauri latifoliæ, acutiora tamen, leuitérq; per ambitum ſerrata, quorum extremæ marginum fibræ, in molles ſpinulas occalleſcunt, porracei coloris: ſemine eſt minuto, ipſis folijs incluſo, amaro, radice multa, craſſa & ſublimi. Noſtrâs fraxinus, magna ex parte flore caret, & fructu: verum multos à radice mittit fungos ganeæ expetitos.

Fraxini duo genera fecerunt Græci, alterum excelſum, procerúmq;, ligno candido, molliore, criſpiore, neruoſo, enodi, cuius materia hodie optimæ haſtæ fiunt, qua etiam ex materia haſtam Achillis fuiſſe fabricatã ſcribit Homerus. Eam fraxinum bumeliam in Macedonia nominãt, perinde quaſi polymeliam, id eſt ingentem fraxinum: Aeoles enim b pro p, litera, vt pro πολὺ expuncto, λ, elemento, βȣ̃, pronuntiant, nõ bouem ſed magnitudinem intelligentes. Alterum fraxini genus humilius fecerunt Græci, ligno ſcabriore, duriore, fuſciore: folio lauri aculeato. Alij ſitu diſcreuere fraxini genera: cãpeſtrẽ enim eſſe criſpam, montanam ſpiſſam volunt. Sunt qui natalibus diſcriminent: montanam dicunt eſſe coloratiorem, robuſtam, læuem & lentam: campeſtrem vero decolorem, raram, ſcabrámq; aſſurgere. Vulgus vero noſtrum campeſtrem fraxinum, ornum appellant, *freſne champeſtre.* quemadmodũ ſuo loco diximus. Quędã autẽ arbor eſt apud nos fraxino aliquantum humilior, folio

ſerratiore,per ambitum hiſpidiore cætera fra-xino ſimilis: quæ certe fructifera fraxinus di-ci poteſt. Fert enim baccas ex rubro nigrican-tes,quibus per inopiam frugum annonæ rura noſtra veſcuntur.

TAXVS noſtratibus ſyluis ſatis frequens, Græcis ſmilax dicta, aliquibus milos, vulgo *yf.* Arbor eſt, abietis aſpectu, ſed humilior: fron-de perpetua, alíſque frequentioribus ſinuoſa: folio pinguiore & molliore:baccis rufis,rotũ-dis,mollibus,guſtu non inſuaui: radice breui, gracili,per ſumma ceſpitum:cortex cedro per ſimilis,tum ſcabritia,tũ colore: quo detracto, totum ſubeſſe cor cernitur. Plutarchus tradit vmbram taxi dormientes enecare, cũ irruens arcẽ ſenſus obſidet.Conglutinamẽta ſiue ſub-ſcudes ex ea ſcrinijs & ſubſellijs parantur: ex eius quoque materia apud nos arcus & ſcor-piones fiunt.

De ſalice,vlmo,populo,platano,& huiuſmo-di arboribus,quæ priuatæ potius ſunt,q̃ ſylue-ſtres,in arbuſto diſſeruim⁹.Dicamus iã de ex-ternis, quæ aliæ ſunt à coniferis & reſinaceis.

EXTERNAE.

ADRACHNE(ſiue andrachnus cũ Pauſa-nia)ſylueſtris eſt arbor,haudquaq̃ ꝓcera,neq; in planis naſcẽs: in Helicone mõte frequẽtiſ-ſima,ſimilis vnedoni,folio tantũ minore,nunq̃ in ſummo vertice deciduo,perpetuo enim ca-cumine viret:cortice nec ſcabro nec ſquaroſo,

ſed qui circumruptus videri poſſit,quo auulſo præter aliarũ arborũ naturã non offenditur, niſi quis corpus vehemẽter preſſerit,germẽnque futurũ luxauerit. Materiã mulieres expetunt ad opus telarũ textoriũmq́; . Caueto autẽ ne andrachnen pro adrachne legas aut profe ras:eſt enim Andrachne portulaca, quemadmodum in Hortulo docuimus.

APHARCA,è ſylueſtri arborũ genere,ſuperiori ſimilis:æterna quoq; fronde viret: ſed in totũ: cũ adrachne,nonniſi in ſummo perpetuũ foliorũ virorẽ retineat:nõ niſi in mõtibus etiã naſcitur:Olympo mõte frequẽs:ſeptis vallíſq; vtilis:vrendo quoq; vt pręcidãt.Vtraq; arbor, inter biferas traditur:primũ fructũ maturat, quũ dulceſcit vua,ſecundũ cũ appetit hyems.

ARIA quoq; ſylueſtris arbor Theophraſto, hyemis initio fructificat,materie duriſſima:vt neceſſe ſit anteq̃ terebret̃ macerari pri⁹ aqua, qđ & in robore carpinóq; ſeruat̃. Honores ei ad carbões,argẽtarijs,vtiq; ad primã coctionẽ.

Eſt & Aria ſiue agria,quam pro ilice aquifolia Dores vſurpant.

CITRVS arbor eſt alia õnino ab ea quã in Seminario deſcripſim⁹,quæ citrea mala ꝓducit.Eſt enim hęc citrus,ſylueſtri cupreſſo ſimilis,caudice,folio,odoratis: multo in medicina vſu,præſertim ei⁹ cortex.Ea autẽ eſt arbor,cuius materia atq; etiã radicibus antiqui menſas egregias(quas citrinas vocabãt)& pedes lecto

rum cõficiebant. Vnde Seneca teſtis eſt in ob-iurganda temporũ ſuorum luxuria, quòd citri radices inſanis licitarẽtur pretijs, ad menſarũ lectorúmq; ornamẽta. De mẽſis autẽ citrinis, tygrinis & pãtherinis videto Pli. lib. 13. ca. 15.

TROGETES & Thuia ſiue Thuion aut Thya idem ferè arboris genus eſt, cũ citro. ex ea enim celebres menſæ apud antiquos quoq; cõficiebãtur. Arbor eſt (vt ĩquit Theophraſt⁹) perpetuo virens, procera, inter ſylueſtres ſero-tina: vt nulla ferè tardius germinet: algentiſſi-mis locis, & montiũ cacuminibus gaudet, cir-ca Iouis Ammonis delubrũ præcipua, naſcens in Cyrenenſi agro: ramis, caudice, frõdib⁹ ſyl-ueſtri cupreſſo ſimilis. Ex ea refert idẽ author memoratas veterũ templorũ contignationes fuiſſe factas, quandámq; immortalitatẽ huic ineſſe materiæ, in tectis cõtra omnia vitia in-corruptæ. Nihil radice criſpius, nec aliũde pre-tioſiora opera. Fert (vt quibuſdam placet) in fructu nucleos hordei grano ſimiles, lõgiores duntaxat, exiliores & duriores, guſtu amaro, quibus præſumptis arceatur ebrietas.

COLYCEA arbor circa Idam ꝓuenit, alio-qui rara inuẽtu, fruticoſa, ramoſáq;, & multis alis cõcaua: folio vlmi, lõgiore, ſatis ad foliũ la tifoliæ laurus accedẽte, ſed ampliuſculo & ro tũdiore, ſupra viridi, infra cano neruoſóq;, prę-tenuib⁹ neruulis, fibríſq; de medio callo in co-ſtarũ ſpeciẽ adductis: materie ſolida: cortice nõ
læui læui, & quaſi vitigineo veſtit: radicib⁹ ꝑ ſũma

gracilib⁹ & ſolutis,cæterũ fibratis & mirum in modum flauis.Sterilis,& flore vidua.Surculos tamen circa folia pingues,læues,candidos,armẽtacea facie fundit.Præciſa,vel ignibus exuſta,ab imis rediuiua reſurgit.

Eſt & alia apud Theophraſtũ noĩs eiuſdẽ,folio ſalicis,comoſa,ramoſa,in totúmq; ampla, valuulis leguminũ more nõ anguſtis,in quib⁹ ſemẽ latũ,paruũ,durũ,nõ tamẽ nimis,nec abũdeq; magnitudinis ratiõe fructificat.Sed ꝑpaucæ & inuẽtu rarę arbores quæ ſiliquẽtur.Hãc Plinio ſtaphylodẽdrũ dici exiſtimãt,arborẽ trãs Alpes ſimillimã aceri,albã in materia, ferentẽ ſiliquas,& in ijs nucleos ſapore nucis auellanę.

De Colutea in Fruteto dicem⁹.nanq; frutex eſt,quadriẽnio ſe in arborem efferens.

LABVRNVM,arbor alpina,nec (inquit Plinius) vulgo nota,dura & cãdida materie,cuius florẽ cubitali longitudine,apes non attingunt: odit aquas,nec niſi in ſiccis prouenit.

IOVIS barba,etiã arbor eſt in ſiccis tãtũ naſcẽs,& aquas horrẽs,ſed opere topiario tõſilis, & in rotũditatẽ ſpiſſa,folio argẽteo.Hanc eſſe nõnulli cõtẽdũt,quã Theophraſt⁹ Dioſporõ, id eſt ſemen Iouis appellat. Arbor extat Pariſijs in periſtylio ſacrarũ ędiũ diuæ Genouefæ, in orbẽ tõſili venuſtate comãs,ramis in rotũditatẽ expatiãtib⁹:pomo ceraſi,rubro,oſſe int⁹ prędurο.an tamẽ dioſporos fuerit,aſſerere nõ auſim,cũ pauca admodum de ea ſint prodita, quibus facile colligi poſſit dioſporon eſſe.

CASIA fiſtularis ſiue fiſtulacea Græcis recẽtiorib⁹ caſia ſyringodes appellata (nã antiqui Græci,ei⁹ nõ meminerũt) Actuario nigra caſia dicta,alijs Indica cãna: Arbor eſt magna,partim in India,partim in Aegypto naſcẽs,& etiã hodie in Aſia freq̃ues: Iuglãdis folio: fructũ ferens oblõgũ,teretẽ,duûm ferè pedũ ꝓceritate, qui dũ vento agitat̃,vt cãnæ ſibiinuicẽ occurrãt,magnũ edit ſtrepitũ. Actuari⁹ caſiæ fructũ ita nobis reddidit. Fructus eſt oblongus,teres, cõcretũ intus atramentũ cõtinẽs,nõ vna coaleſcens ſerie: ſed ex interuallis lignoſis tenuibúſq; membranis ſeptum. immerſis oſſibus ſeminarijs. ſpecie & figura non abſimilis ijs quę cognita nobis ſiliqua profert,de qua ſiliqua in Seminario diximus.

ANACARDVM recẽtiori græciæ cognitũ (eius enim antiqui Græci nõ meminerũt) Arbor eſt Indis familiaris: ꝓuenit quoq; in Siciliæ montibus,qui flammas ignis eructant, fructu auiculæ corculo non diſſimili,vnde nomen putatur inditum: rubẽte intus cruore, quo veluti ſanguine ſcatet.

Orneogloſſum (linguam auis officinę nominãt) Arbor eſt vlmi ſpecie,folijs amygdalę,prælongis ſiliquis in ſurculorũ cacumine prodeũtibus,oleagina magnitudine,in quibus medulla ineſt linguę auis ſimilis (vnde nomẽ) exteri⁹ rubra,intus ex cãdore in luteũ vergẽs,ſapore acri,vellicãte linguã cũ nõnulla amaritudine.

Ebenũ, Gaiacũ & Berſilicũ hoc loco longiori ſermone connumerarem, niſi eſſent nobis vel quauis deſcriptione penitus ignotæ arbores: tantum enim ligno & materie (quæ nobis eſt vſui) vnam ab alia diſcernimus, vt Ebenum dicamus, quod lignum nigrum apparet. vulgus noſtrum vocat, *de lebene*, Gaiacum quod albũ, intus tamen pullitiem oſtẽtat in fuſcum degenerãtem. vulgus noſtrum vocat, *du bois de Gaiac*. Berſilicũ quod materie eſt ex purpura rubeſcente. vulgus vocat, *du braſil*. Hæc ad nos ex India, ac potiſſimum ex nouiter repertis inſulis magno aduehentium quæſtu veniũt. Ebeno vtimur in operibus vermiculatis, itẽ ad ſtatuarum elegantiam, quas nolumus carie aut vetuſtate infici, præterea ad medicinam. Gaiacum notũ eſt (vel mulierculis) quo ſit in vſu. Berſilicũ, imbuẽdis velleribus magnopere expetitur, vnde ex eo ligno infectores magnũ quæſtum faciunt, quapropter multis nũmis vęnit.

Piperis arborem hoc etiam loco deſcriberemus, niſi parum apud recẽtiores atq; adeo veteres ipſos conueniret, quænam eſſe dici debeat. Itaque in tanta variarum ſententiarum cõtrouerſia, ad Ruellium vos relegabo: ex cuius vigilijs doctiſſimis, quæ hic breuiter tantum explicauimus, longius & multo vberius atque eruditius deſcripta accipietis. Iã enim ad Frutetum feſtinandũ eſt, antequam herbas in ſyluis paſſim ſuccreſcentes deſcribamus.

Frutetum.

Frutex quid ſit,in Seminario deſcripſimus. Frutetum autem appellabimus hoc loco, non quidem locũ fruticibus amœnitatis cauſa con ſitum, (quanquam etiam id ſignificare poteſt) ſed ſoli tractum præſertim circa montes, aut ad occaſum,in quo nõ niſi frutices ſponte cręſcant,vel etiam herbæ fruticantes:pręterea nihil ibi ſeri aut naſci poſſit:vulgus noſtrum vocat *boccaige*. Huiuſmodi fruteta videbis plerũque poſt nemora, & ſyluas grandiores: maxime ſabuloſo ſolo, in quo maiores arbores incrementum capere non poſſunt,aut altius radices agere.Melius(inquit Columella)nemoribus herbidis,& frutetis,& carectis, quàm lapidoſis locis durãtur vngulæ. Vnde frutetoſum locum vocat Plinius,huiuſmodi frutetis admodum frequentem:ſunt enim quædam arida loca,In quibus ſponte ſoli,nihil vberius aut fœlicius proueniat quàm frutices. Siccis (inquit) hæc,ſabuloſis locis,frutetoſiſq; naſcuntur,*lieu boccaigeux*.Columella, Nemoroſi frutetoſíque tractus,duplex cura eſt. Agedum explicemus iam in noſtro hoc fruteto, quicquid fruticum in huiuſmodi tractibus,tum apud nos, tum apud exteros conſpici ſolet:& à noſtratibus incipiamus.

NOSTRATES FRVTICES, AVT HERBAE FRVTICANTES.

Sparton ſiue ſpartion, aut lygon, frutex eſt in Hiſpania & Africa præcipue naſcens, ad nauium funes, & calathiſcos: leuceam vel lygeam vocat Athenæus. virgas emittit lõgas, ſine folijs, validas atque lẽtas, vinculorum vſu præcipuas. Florem fert luteum, ſimilem ei violæ quæ alba dicitur falſo, vulgo keyri. Folliculos fert phaſiolorum modo, & in his ſemen lenticulæ.

Geniſta autem quæ noſtris vulgo dicitur, *de la geneſte, ou du geneſtz*, non eſt eadẽ cum ſparto. in hoc enim differt, quòd virgas non emittat adeo longas aut flexiles, ſed magis aſperas & minus rotũdas ac iunceas. dicta geniſta (inquit Ruellius) vel quòd genibus medeatur dolentibus, vel quia genu modo ſit flexilis.

Erice, quibuſdam tamariſcus, is eſt frutex Dioſcoridi, qui vulgo appellatur *des bruyeres*, colore & folio pene roriſmarini (inquit Plinius) cuius flore veſcuntur apes poſteaquã æſtate germinat, vnde mel ericeum antiquis appellatum.

Myrice ſiue Tamarix, frutex eſt, ramos ſalignis ſimiles habẽs, ſiue ſcopis amerinis: cuius radice vaſa antiquis fiebant, in quibus qui lienis affectũ laborabant, ſolebãt bibere. folio eſt anguſto, carnoſo, & ferè pinnato. Cæterũ om-

nino ſterilis . vulgus noſtrum vocat tamarin-dorum,ſatis barbare.

Alia eſt myrice fructifera,quę in Achaia pro ceriſſimas æquat arbores , ramis ex herbaceo fulu óque variegatis: lignoſo fructu,maiore q̃ galla:in quo ſemen guſtu aſperum,eiuſdem ef-fectus cuius etiam galla.

Ruſcus,qui oxymyrſine dicitur, in arbuſto deſcriptus eſt quando myrtetum explicauim⁹, eſt enim profecto ſylueſtris myrtus.

Rhus Græcis, Theodoro fluida, Latinis & Plinio,frutex excoriarius,quòd eius folium co rijs ſpiſſandis ſit vtile,vulgo *ſumach*.Arbuſcu-la eſt in petroſis naſcens duorum cubitorum altitudine.Virgas fundit breues & graciles,fo lio vlmi,longiore paulò,ſubhirſutóque,diſpoſi-to per verſus,ita vt in nouellis ramorum,con-trarijs inter ſe pediculis germina reſpõdeant: ijs candidas pelles inficiunt. Flos in racemis candidus,à quo ſemen collectum, lentis & te-rebinthi ſimilitudine,rubeſcens cum vua,id ve ro ſemen vocatur etiam rhus & erythros,me-dicamentis neceſſarium:aſpergitúrq; obſonijs ſalis loco,in eóque oſſeum.Radix ſimplex per ſumma ceſpitum cohærens,vt facile poſſit vni uerſa velli.Naſcitur vbique,ſed in argilloſis po tiſſimum.

Eſt etiam ſylueſtris herba rhus appellata(in quit Plinius)folijs myrti coliculis breuib⁹,quæ tineas & venena pellit.

In montibus & petroſis apud nos frutex inuenitur fructuarius, ramulis digitali craſſitudine, bicubitalibus, folijs vlmeis, piloſioribus, quæ paribus internodijs aduerſis pediculis coniugatim adhærent, per ambitum minutiſſime ſerrata. Flos albus racematim enaſcitur, eóque marceſcente acini oſtendũtur in vuam congeſti, grano lentis magnitudine, latiuſculo, & veluti leuiter vtrinq; compreſſo, cum ematuruit rubro, radice per ſumma ceſpitum vagante, rura noſtra *viurnam* appellant, flexu ferè inuictam, & ob id faſcibus ligandis vtilem. Sed folia & frutex incano ferè colore nitent, ruborem tãtum procidentia præſeferunt. Niſi hoc fuerit genus, extrita vna litera, viburni nomẽ fateretur: de quo Virgilius cecinit,

Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

EVONYMOS quibuſdam, alijs anonymos, quaſi à nõ habẽdo nomine, putatur eſſe ea quã nos vulgo vocamus *du fuſain*. Nã huic multæ deliniationes fauent, cũ ea quã antiqui deſcripſerunt, in Leſbo inſula frequẽti. Eſt igitur talis noſtratis fruticis deſcriptio ex Ruellio. nã illinc malo deſumere, quàm vel nouam temere confingere, vel doctiſſimi viri laborẽ tacendo ementiri. Arbuſcula eſt in montibus, & interdum viuis ſepibus naſcens, punicæ mali proceritate, folio maiore, ſatis ad laureum accedẽte: flore luteo, albæ violæ non diſſimili: ſiliquis quadrangulis, per maturitatem purpureis: gra

no intus ſolido,coccata mẽbrana clauſo. Frutex grauiter, cum delibatur, olet. hunc neque pecus neq; capra nouellorum etiam germinũ auida,prorſus attingit,ligno intus buxeo,quod ad fuſos netu muliebri celebres vſurpant:inde *fuſariam* vel *fuſanum* rura vocant.Siliquas vulgus *ſcrota* nominant *ſacerdotum*, ꝙ intus erui magnitudine grana,mollibus inuoluta mẽbranis teſticulorũ modo cõtineãtur. Culinæ trãſfigendis lardo carnibus pro veruculo frequẽter vtũtur.Sed an ſit euonymos(etſi multę delineationes faueant) non auſim affirmare.

Anagyris,à tetro odore dicta (vnde prouerbiũ grę cũ,apud nos quoq; celebratũ,ἀνάγυριν κινεῖν,anagyrim mouere.in eos iactari ſolitum qui obfutura ſibi commouent) ſunt qui nauteam à Plauto vocari putent,in Aſinaria,ſed authorem non habent (nauteam vero herbam eſſe grauẽ ſcribit Feſtus, qua coriarij vtantur:à naui dictam,quaſi nauſeam) à quibuſdam acopon dicitur, recentioribus malua terreſtris: ꝙ humi, maluæ modo iaceat: ruſticis noſtris, lignum putidum *du boys puant*. Arboris inſtar fruticat, folijs & ramis ſalicis amerinæ: fœdo odore,flore braſſicæ,ſiliqua terete,in qua ſemẽ continetur renibus ſimile,cum meſſibus matureſcens.folia trita, atque adeo lignum recẽter delibratum mire fœtent.

Liguſtrum,Buxum,Iuniperũ,Cedrũ,in Hortulo requirito.Nam eos frutices illic ad orna-

tum conſecuimus. Periclymenon autẽ vnà cũ clymeno poſtea in Monticulo deſcribetur.

Quæ Dioſcoridi & Galeno Ptarmice,à cien do ſternutamẽto dicta eſt arbuſcula: quidã eã eſſe putant, quã vulgus noſtrũ vocat ſylueſtre pyrethrum,ꝙ guſtum pyrethri modo (quanq̃ mitius) vellicet.Dioſcoridis deſcriptio in prõ ptu eſt:noſtratis autẽ fruticis,ſic habet ex Ru ellio:Ptarmice apud nos fruticulus eſt aut her ba fruticãs,haud ferè cubito altior: ſurculis te retibus,paruis,abrotono nõ diſſimilibus,geni culatis,lente ruffeſcẽtibus,qui folijs olea lõgio ribus & copioſis ambiãtur,anguſtis,vtrinq; le niter ſerratis.Cacumen opacat capitulũ,flores gerens anthemidis ſeu chamæmeli atq; id ca cumẽ in orbẽ radiatũ eſt,ac ſuo acri odore na res feriens ſternutamentũ irritat.Inuenitur ſæ pius in montibus & ſaxoſis,locíſque quibus to fus ſubeſt.

Pyrethron autem quam Romani ſaliuarem vocãt (quòd radix eius ori admota ſaliuã inſi gniter creat) noſtris eſt hodie ignota, præterq̃ radice,quã officinæ pyrethron vocant, vulgus pedem Alexãdrinũ:ea vero digitalis eſt craſſi tudinis,oblonga,guſtu feruenti.Cæterum ipſa planta ex Dioſcoride folia gerit gallicæ paſti nacæ,aut fœniculi,caput anethi orbiculatum. in orbe noſtro non viſitur.

Solanum ſoporiferum,quod greci ſtrychnõ hypnoticũ vocãt, hic adſcribem⁹ inter fruticũ

genera : q̃quam rupibus non longe à mari inueniatur . vnde herbarij noſtri ſolatrũ marinũ & dormitorium vulgo vocãt.Fingamus igitur hic noſtrum frutetum non longe abeſſe à mari : id enim nobis facile licet per hypotheſim . Fruticat hoc ſolanũ multis ramis,denſis,lignoſis,frangi contumacibus, denſe comatis,folio pingui , cotoneimali ſimilitudine : flore grandi,rubro:fructu in folliculis crocato:radice lõga,ſubrubro cortice veſtita.

Quod vero ſolanum ſoporiferum à noſtris herbarijs oſtenditur:ſic ſe habet ex Ruellij deſcriptione. Folio eſt iuglandis, caule ſcipionis craſſitudine,procero,grandibus ramis brachiato,flore inferius herbaceo,labris ſuperne purpureis:bacca primum viridi,loculoſa, per maturitatem nigra,quæ dehiſcens,vel ſponte diſſiliens , oſtendit acinoſum ſemen , vuæ modo aceruatim collectũ , quinis myrti foliolis ſtellatim decuſſatis,baccam fulcientibus.

Strychnon manicum,latinis ſolanum inſanum vel herba inſanioſa,vulgo ſolatrum mortale,inuenitur etiam in montibus vento perflatis , maritimis foueis & vagis. folijs eſt erucæ maioribus,caulib9 proceris, vlnarum quatuor longitudine,capitulo in cacumine oliua maiore,vt platani pilula: hirto flore,nigro, quo excuſſo racemus emicat rotundus,denis duodeniſve acinis conſtans:ſimilibus hederæ corymbis,vt vuæ,mollibus:radice candida,craſſa,ca

ua,cubitali.Eam eſſe quidam putant,quam antiqui doryon ſiue dorycnion appellabant:quoniam cuſpides in prælijs eius folio tingerentur:tum enim paſſim creſcebat.

Dorycnion autē,aut caleam ex Crateię ſcriptis, aliud eſſe exiſtimauit Dioſcorides à ſolano manico.appellauit enim fruticē oleæ recēs enatę,quę modo ſurrexit in vimen ꝓximū,ramos habentē cubitalibus minores, in ſaxis nō ꝓcul à mari ꝓuenientē, folijs oliuæ minorib9, cōcoloribus,minuſculis,præter modū ſcabris, flore candido,folliculis in cacuminib9 ciceris, dēſis,quinis intus aut ſenis granis, erui magnitudine,rotūdis,læuibus,robuſtis,verſicolorib9. radici craſſitudo quæ digiti, lōgitudo q̄ cubiti. Somnifera huic natura,largiorı́q; mortifera.

Ciſthos,quā aliqui citharon aut ciſſaron nominăt: recētiores roſaginem,ſiue roſam caninam,frutex eſt in ſaxis emicans,ramoſus,frondoſus,nec præaltus:folio circinnatæ rotunditatis,hirſuto,acerbo.duo eius genera,flos maſculo roſaceus,fœminæ albet.

Sub ciſtho ad radices,naſcitur hypociſthis,q buſdam orobethron dicta, malo granato immaturo ſimilis.

Eſt & aliud Ciſthi ladaniferæ gen9,à qbuſdā ledū vel lada vocatū:frutex ab altero nō abhorrēs:nigriorib9 tantū & lōgiorib9 folijs,quę verno tēpore quippiā pingue,roſidū contrahūt,ex quo ladanū elicitur, quo ī odoramētis vtimur.

Eius aũt extrahẽdi rationẽ duplicẽ refert Dioſcorides, vel dũ hirci aut capellę barbis ĩſidet, carpẽtibus ciſthi folia: vel dum attractus funiculis rapitur. ſucculentíque funes depectuntur, & in offas ladanum cogitur. Sed vereor ne hæc longior mora, ſit præter inſtitutum.

Colutea, magni Alexãdri ætate, non temere alibi q̃ in Lipara naſcebat̃: iã tamẽ in Gallia ꝓuenit, oĩbus nota *baguenaulde*, frutex eſt, q̃driẽnio ſe in arborẽ efferẽs, ramis exilib⁹, folio fœnogræci, mẽbraneo folliculo, pellucẽte, ꝓtumido, & veluti quodã ſpiritu diſtẽdẽte, turgido: ita vt digitis ſi ꝓmatur, crepitãs diſſiliat, in quo ſemen atrũ, durũ, latũ, lẽtis magnitudine, piſi guſtu. Mauritani ſermone ſuo vernaculo *ſene*, nominãt: duóꝗ ei⁹ faciũt genera: ſuę ſpõtis, et hortẽſe: nã et ſemine naſcit̃ in fimo ꝑcipuè ouillo.

Halimos gręcis, hoc eſt famẽ ſedãs, ꝙ ei⁹ folia veſca ſint & famẽ ipſo eſu cõpeſcãt. Latini (inquit Plini⁹) aureonẽ vocãt, vulgus noſtrũ *blanche putain*, frutex eſt in ſepib⁹ & maritimis naſcẽs, rhãno ſimilis, ſepimẽto vallari idone⁹, ſine ſpinis, folijs oleę, dũtaxat laxiorib⁹, cortice candido: recta aſcẽdit, craſſitudine brachiali. Hui⁹ folia inſtar oleris decocta cibo ſunt optima.

Chamælea, item etiam Thymelæa, etſi ſylueſtrium fruticum generis ſint, tamen quia ad oleam vocabulum item etiam deſcriptio ſpectare viſa eſt, in Seminario atꝗ adeo Oliueto noſtro deſcripſimus.

EXTERNI FRVTICES.

FERVLAM Hippocrates pleſtinga vocauit, vnde nō minus à feruēdo q̄ ferēdo dictam exiſtimarūt nōnulli:græcis ferè omnib⁹ appellatur narthex:adſcribitur fruticū generi,quoniam teneritudo eius,ꝓceſſu trāſit in lignū:vnde Clearchus in ſcirpis ſuis, hoc eſt,luſorijs quæſtionibus,ferulam dicit eſſe lignum non lignū. Calidis locis naſcitur, & trans maria, plurimum Africæ cognita,atq; adeo Aegypto.memini autem me vidiſſe etiam apud Italos.Caulem habet fœniculo non diſſimilem,ſed multo altiorem,& magis ſtriatum: vt potius ad cicutæ formam degeneret. intus autem præditum eſt fungoſa quadā medulla vt ſambuci: interdum caulem inanem habet veluti arundines. geniculatíſque per vices notatur ſcapis. A genibus folia exeunt grādia,mollia,multifida,maxima, terræ proxima, caulem amplectentia, vt arundines:ſed magis ſcinditur in coliculos, quibus flores lutei, ſemen anethi. Nulli fruticum leuitas maior, ob id geſtata facilius baculorum vſum ſenectuti præbet: hinc etiam antiquorum ludi magiſtrorum ſceptra,ad pueros terrendos aut etiam interdum afficiendos, fiebant è ferula, nam à feriendo ferulam dictam eſſe quidam putant: vnde ſatyricus ille manum ſe ferulæ ſubduxiſſe ait, cū ſe non iam amplius diſcipulum:ſed rude donatum innuit. Duo ferulæ genera reddidit Theophraſt⁹:nar

theca vocat adſurgentem recte:nartheciā ſem per humilē, quæ ab aliquibus ferulago dicitur.

Ferulago autē, vel ferula ſylueſtris, ꝑfecto ea eſt quā nos Thapſiā vocam⁹, ꝙ in Thapſo inſula primū inuēta fuerit. Eſt enī in totū feru lę natura, caule tamen graciliore,& inani,neq; baculi lōgitudinē excedēte,fœniculi folijs:ī ca cumine ſingulis ramulis, vmbellas anetho ſi miles ferēs,& ſup eas luteos flores,ſemē latiuſ culū,quale in ferula,dūtaxat exilius:vnde non nulli Thapſiā vocauerūt ferulæ ſemē.radicem habet magnā,interius candidā: nigro cortice: quæ inciſa (vt inquit Plinius) lacte manat.

Cæterū frutex eſt quidā ferulace⁹ in Media naſcēs,lachrymā & ſuccū fundēs ſagapenū an tiquis ſiue ſagapenion appellatū: officinis no ſtris interpollato nomine ſerapinum. lauda tur foris trāſlucidum, colore ruffo,& cū fran gitur,intus candido: odore medio inter laſer pitij ſuccum & galbanum,guſtu acrī.

Eſt & in Africa ꝓxime Hāmonis Iouis delu brū,frutex ferulaceus, qui totus cū radice ſua agaſyllis nominatur:è quo deſtillat ſuccus reſi noſus,quē noſtri hodie hāmoniacū vocāt,*gōme ammoniac*.Dioſcoridi Hāmoniacū etiā ipſe fru tex dicitur. Sūt qui hāmoniacū thymiama vo care malint:Romani guttā appellāt.probatur maxime coloratū,nō lignoſum, ſine arenis,ad thuris maſculi ſimilitudinē cartilaginoſum,pu rū,prædenſum,liberum ſordibus, odore caſto

rei,guſtu amaro,quod gen⁹ dicitur thrauſma.

Silphion quoq; grȩcis,latinis laſerpitiũ & laſer, frutex eſt apud Cyrenẽſes p̃cipue naſcens, annuo caule,altitudine & craſſitudine quaſi ferulȩ,folijs apio ſimilibus,quȩ ineũte vere p̃ſiliunt,deciduáq; ſũt,ſemine foliato,quale eſt iſatidis ſatiuȩ,lato quidẽ:radice craſſa,multáq;,iucundiſſimi odoris.Succus duplex ex ipſo frutice fluit.Nã qui è ſcapo modice inciſo deſtillat, appellatur opos cyrenaicos grȩcis,latinis ſuccus Cyrenaicus:noſtris aſa odorata,vulgo *ben iuyn*.qui autẽ è radice fluit,lacteus eſt,vilior,& putreſcẽs,ac male olẽs,vnde officinis aſſa fœtida dicitur.Eſt & ſuccus Ponticus & Medicus, atq; adeo Syriacus,& Aſſyrius,pro diuerſis regionibus appellatus: ſed opos vocabulo intelligitur Cyrenaicus, ſuccus ſilphij.

Gallicum Silphium,ſiue laſerpitiũ vult appellari Ruellius,eã herbã quæ frequẽs in Germania viſitur,& hodie interdũ apud nos ĩ quibuſdã hortis:angelicã vocãt vulgo,ſiue herbã aut radicẽ ſancti ſpiritus,alij impatoriã.ſatis aũt cũ antiquorum laſerpitio conuenit, vt ex Ruellij deſcriptione videtis.

Deſcribẽdȩ ſunt hoc loco nardi fruticis differentiæ, & variæ eius tum nomenclaturæ tum etiam controuerſiæ:ex noſtro Ruellio doctiſſimo,breuiter collectæ.

NARDVM indicũ, frutex eſt graui & craſſa radice,ſed breui ac nigra,fragilíq;, q̃uis pĩgui,

ſitum redolente vt cyperi:aſpero ſapore, folio paruo denſóq;:Cacumina in ariſtas ſe ſpargũt, ideo gemina dote,nardi ſpicas &folia celebrãt: Indicum appellatum, quòd pars mõtis in quo legitur Indiam ſpectet.

Nardũ Syriacũ dictũ,ꝙ pars eiuſdẽ mõtis in quo metitur, vergat in Syriã:nõ autẽ ꝙ in Syria creſcat.melius eſt Indico,leuius,comoſum, colore rufo,odore vehementer iucundo,cyperúmque imitante, breui ſpica, ſapore amaro, maximéque ſiccante os. cuſtodit ſuaueolentiam pertinaciter.

Nardũ gangicũ vocat Flauius Arianus,aut gangeticũ, alterũ nardi Indici genus,qđ apud gangem fluuiũ naſcitur,qui montẽ in quo ꝓſilit huiuſmodi frutex,ambitioſo lapſu ꝑfluit,inde gangetidis nomen. Languidũ eſt viribus,& quod vliginoſo ſolo proueniat.Syriaco procerius adoleſcit,pluribus ab vna radice fruticantibus ariſtis, vnà cõplicatis & virus olentibus, ob id etiam ozenitis appellatum,à graui nariũ fœtore deducto nomine, nempe quia huiuſmodi nardi genus virulentum ſpiret odorem.

Inuentam in Thracia nuper herbam Plinius refert,cuius folia nihil ab Indico nardo diſſentiant. Radiculas etiã quaſdam odore nardum imitari teſtatur.

Nardum Samphariticum,gentilitium natalis vnde carpitur ſoli nomen retinens, pumilo ſanè ꝗ frutice,ſpicis ingẽtibus, candido caule,

in multos ramos brachiato,quorũ cacumina p̲ floris exortũ in prælõgas exeunt ſpicas,caulis qui in medio (vt diximus) prorumpit,hircinũ virus ſpirat: quapropter hoc nardi genus in totum reijcitur.

Nardum Celticum vocant græci, quod alij Gallicum appellant,quia in Ligurię montibus item Iſtria & Gallia (quæ comata dicitur) circa montem Apenninum, præterea in Pannonia naſcatur, poſt Syriacum laudatur in orbe noſtro, quippe quod Syriaco leuius ſit. Puſillus frutex eſt, qui cum radice vellitur, & in manuales faſciculos digeritur: folia ei longiuſcula,flaueſcentia,flos luteus.

Saliunca,nihil eſſe debet controuerſiæ qūin nardus Celtica ſit, vel ex Plinij deſcriptione, quam cum Dioſcoride collatam & eleganter diſcuſſam, videto apud Ruellium. Folioſa quidem eſt,ſed breuis,& quæ nȩcti non poſſit: radici numeroſæ cohæret. Herba verius quàm frutex: denſa veluti manu preſſa, breuitérque ceſpes ſui generis dicetur (ait Plinius) vnde etiam illud Virgilij in Bucolicis,

Puniceis humilis cedit Saliunca roſetis.

Cum Gallico nardo ſemper naſcitur herba quę hirculus vocatur,ab odoris grauitate,& ſimilitudine quam habet cũ nardo: nam ea herba ſępiſſime nardus adulteratur. Vt autem differentiam agnoſcas: hòc à nardo diſtat quòd ſine cauliculo eſt,& cãdidior,minoribus folijs:

quódq; radice ſit neq; amara, neque odorata: quare diſtinctio perquam facilis habetur.

Nardũ montanum, græci nardũ oreã vocãt, alij tylacitin, quoniã coriaceis ſacculis ad nos aduehebatur. alij nerin appellant: Galenus etiam pyritin. Naſcitur in Syria & Cilicia: ramulis & folio eryngij, minoribus tãtum, neq; ſcabris & aculeatis, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine: radice nigra, duobus aut pluribus haſtulæ regiæ bulbis, gracilioribus, minoribúſque multo, ſuauiter olẽtibus. eiuſdem eſt naturæ cuius & nardum Gallicum.

Nardum ſylueſtre quibuſdã appellatur herba vulgo nota, quam aſarum græci, noſtri baccaram vulgo vel cabaram appellant *du cabaret*, ob id tantum quòd nardi vim habeat. Sed de aſaro in Hortulo diximus.

Pſeudonardum, falſa quadã nardi imitatione nomen ſibi ſumpſit: vbiq; naſcens fruticat apud nos, præſertim mõtuoſis locis, folio craſſiore, carnoſo, anguſto, colore lãguido in cãdidũ vergẽte, frequentibus ſpicis in ariſtas ſparſis, floſculis purpureis. Gaudet apricis & petroſis, tanta ſuauitatis fragrantia, vt omneis flores odoris iucunditate prouocet, qua dote veſtibus inſeritur. Duûm cernitur generũ, vnũ procerius adoleſcit, & maiorem ſpirat odorẽ: quod quia nõ minus q̃ nardum placet, ſibi ſpicæ nomen apud nos arrogauit, vulgus *aſpicum* appellat. Alterũ tum amplitudine, tum odore

minus:quod quia balneis, & hominũ lauacris expetitur,elotáq; omnia,ſi permiſceatur,odoris ſuauitate commendet,*lauanda* vulgo vel *lauandula* cœpit nominari, cæterum ſimillima. Vtraq; ꝑpetua coma caneſcit,exitu veris Iunio & Iulio menſe ſpicatur,tũ cacumina manipulatim in ſcopas cõponuntur,& aliquantũ inſolata ſiccantur ad varios odorum vſus. Vtroq; Narbonẽſis prouincia (quantũ audio) ſcatet, & montes & campi veſtiuntur. In reliqua Gallia,in vinetis & hortis ſeritur, tum auulſo ramo,tũ viuiradice. Itaq; plurimũ falluntur qui Sympharitic um nardum & Gallicum ſiue celticum pro pſeudonardo,falſo vſurpant.

Eſt porrò in Indiæ paludibus cõchilij genus, quod circa eam regionem quæ potiſſimũ nardifera eſt inuenitur, nardíq; fruticem inibi paſcitur. quapropter eius conchilij operculũ etiã nardum redolet,vnde eo in medicina & odoramentis vtimur, Græci id vocant onychem, nos vnguem odoratum à ſimilitudine:id autẽ eſt eius formæ qualis in purpura viſitur,vnde vulgo in officinis blatta bizantia appellatur, nomine à recẽtiorib⁹ medicis tracto,qui blattam purpuram indicam, & blatteum purpureum colorem appellarunt,nos vulgo blaueũ vocamus,*du bleu.*

AMOMVM,Indicæ viticulæ genus eſt,è ligno ſe cõuoluens in vuę modũ, odorato frutice, folijs bryoniæ quæ ex India importatur,

flore violæ candido.Falluntur qui amomũ ſu‑
mant pro ea herba quã pedem colũbinũ vulgo vocant,cũ ſit alterũ geranij genus. nec minus etiã hallucinantur qui pro roſa hiericontis ſu‑
mant,quæ quid ſit in Hortulo explicauimus.

Cinamomum,frutice breui,repreſſo atq; hu‑
mili naſcitur,ſurculoſáq;,duûm cubitorũ alti‑
tudinẽ nõ excedente,arido:folio origani:ſicci‑
tate gaudet:cum viret,parum odoratum:ſteri‑
leſcẽs imbre,naſcitur in Aethiopia Troglody‑
tis ꝓxima,& ad Caucaſi radices,quà mare ru‑
brum ſpectat.Corticem itaq; fruticis,cinamo‑
mum appellamus,vulgus cãnellã,*de la canelle*, quod tubos & canales imitetur.

Cardamomum , frutex eſt amomo nõ diſſi‑
milis,odoratus, oblongo ſemine & anguloſo, quod ex Arabia & Media atque India ad nos defertur,id autẽ vocam⁹ granũ paradiſi,*graine de paradis*.Itali melligretam appellant.

Cardamomũ Mauritanum, vel Cordumenũ: frutex cõſurgit cubitalis , caule quadrangulo, à lateribus leniter ſtriato, prodeuntibus geni‑
culatim & ſurculis & frondibus,hortenſi ſola‑
no nõ diſſimilibus:flore luteo:dependẽtibus ab alarũ ſinu roſarum alabaſtris, craſſiore pedicu lo nixis,in mucronẽ ſenſim turbinatis, ꝑ initia virentibus , in maturitate quãruberrimis , ve‑
tuſtate puniceis:cute læui,relucente,quæ dehi‑
ſcẽs aut aperta, ſemina oſtẽdit candida, lentis ſimilitudine,in vuæ modum cõuoluta,quæ vel

per ſe,vel cum valuulis guſtata linguam adeo vellicant,vt os etiam totum igneo feruore ſentiatur deflagrare,tāta ineſt vtriꝗ comburendi licentia.Grana cum deglubũtur callum demonſtrant pinguem,odoratum,guſtú cũ quadam aſtringentia mordaci, quod iã apud nos ſatum, hac quã repræſentauimus forma prouenifſe teſtamur, ꝑmultis apud nos locis. Vocarunt autẽ quidam vulgo *des merueilles*. Cætera Cardamomi genera ac differentias habeto ex Ruellio,nam longior ſim ſi quidem omnia perſcrutari ſtudeam.

CASIA odorata,quæ vulgo lignea dicitur, frutex eſt in Aethiopia naſcens, vel in tractu Arabiæ odorifero:ſalicis amerinæ magnitudine,hoc eſt triũ cubitorũ, multis ſurculoſiſque brachiatus ramis, colore triplici variantibus pro arbuſculæ incremento:quum enim pedali emicat mẽſura,candicat: mox addito ſemipede,rubeſcit, cætero nigreſcit: folijs eſt piperis, anguſtis, odore roſaceo, craſſiore quàm cinamomum ſarmento,neruoſo,tenuíque cute vel membrana verius q̃ cortice veſtito. atque hic ſolus cortex cõmendatur: qui quoniam difficulter à materie ſeiungitur, qui hunc extrahũt bicubitales ſecant virgas, eáſꝗ præſuunt recẽtibus boum corijs, vt ijs putreſcẽtibus vermiculi prodeant qui lignum eroſuri excauent,intacto ob amaritudinem cortice.Cęterũ pauca ſunt de caſiæ differentijs dicenda.

Zegir appellata Caſia Dioſcoridi,genus eſt caſiæ,aſpectu purpurę nigricãtis,craſſiore ſarmento , roſam ſpirans, præcipui in medicina vſus.Ambigit noſter Ruellius an id ſit lignũ quod ex nouo orbe,ſiue inſulis nouis , ad nos quotidie adfertur,ex arboreſcente frutice , in nodos in flexo,ſcabioſo:cortice faciéq; lacunoſa:materie dura criſpáque:colore intus buxeo, candido cingente orbiculo,quod prorſus olet roſas:ita vt ſcobem eius,vel etiam ramentum ligni,pro roſis,veſtibus interponi fuerit gratiſſimũ:nec odore cedit roſis,etiã ſi decoquatur igni.Iam ex hoc,pectines depurgãdo capiti,ob odoris gratiam non inſalubres fabricant:item alabaſtros,pyxides,& cætera id genus.

Aliud habetur gen⁹ caſiæ,ab indigenis achy vocatum, ab Alexandrinis mercatoribus daphnitis:rubeſcit hoc genus, éſtq; pulchri coloris:corali æmulum,foramine vehementer anguſto.prælongus eſt frutex,craſſus,fiſtulíſque cõfer ctus: mordaci guſtu feruens, & linguam aſtringens,odoratum,vinũ naribus obolens.

Daphnoides,mangonibus dicta caſia,neſcio an eadem ſit cum ſuperiore quam Daphnitim à mercatoribus vocari ſcribit Dioſcorides: ea tenuiſſimis eſt ſurculis,lauri cortice.Serebatur olim in hoc orbe, extremo in margine imperij (inquit Ruellius) quà Rhenus alluebat, viuebátque in aluearijs apum ſata:Color aberat ille torridus ſole,ob id ſimul idem odor.ea apes

oblectabantur.

Blaſtos appellatur tertium caſiæ genus : alijs germen moſelyticum.

Aſymphenon dicta caſia,inter viles connumeratur.colore pullo,odore ingrato,prætenui tunica,quæ etiam vltro dehiſcat, & abſcedat à corpore:vt quæ citte,& darca dicuntur barbaris nominibus.

Lacta quę barbaro vocabulo dicitur,caſia eſt odoris molliſſimi,guſtu maxime feruẽs, colore purpureo,quæq; plurima minimum ponderis facit:breui tunicarum fiſtula,nõ fragili.huiuſmodi dotes plurimum probat Plinius.

Balſamoides ab odore ſimili dicta,amara eſt, ideóq; medicis vtilior. Neq; multũ abeſt Ruellius vt credat eã eſſe quã Dioſcorides zegir, Galenus gizer, Aëtius ozen,vocarunt.

Caſiam odoratam in Arabia meminit Strabo è ſtagnis colligi, non ſolum ex arboribus, quod facile conijcio propter frequẽtiam fruticum quorum cortex eſt caſia:tanta enim eſt fortaſſis horum fruticum copia,vt per ſtagna cortices errabundi fluctuent,atque ita colligãtur,nulla alia excorticandi fruticis diligentia adhibita.

Pſeudocaſia,caſiam veram germana ſpecie mentitur:eam autẽ ſubdititiam à legitima diſcernes,guſtu neq; acri neque adorato,corticibúſq; medullæ cohærentibus.

Inuenitur & lata quædã fiſtula minimo põ-

dere,tenera, quæ alteri præferatur. Scabra reprobatur, tenuibus fiſtulis hircinum virus redolentibus & ſquaroſis.

Caſia verò quæ fiſtularis dicitur,Græcis recentioribus ſyringodes, Actuario nigra caſſia (nam ſunt qui duplici,ſſ,ſcribant) ab aliquib9, calamos, id eſt arundo ſeu potius Indica canna,in ſuperiori arborum externarum enumeratione deſcripta eſt. Nã inter arbores potius ꝗ inter frutices connumerari debet.

GLYCYRRHIZA, à radicis dulcedine nomen toto frutici inditũ,vnde Celſo plurimíſq; latinorum radix dulcis appellatur,Theophraſto Scythica radix,quòd & in Scythia frequẽs ſit,circa Mæotim paludem , & hac radice cõtenti Scythæ, vitam interdum decem duodecímque dies degant:Palladius, glycyrrhidiam vocauit: adipſos dicta Dioſcoridi , quòd ſitim ſedet:officinis liquiritia:Gallis noſtris *de la recliſſe ou rigoliſſe*.Frutex eſt,ramos ſpargens binûm cubitorum altitudine , folijs lentiſci , aut buxi, aut ſennæ, denſis , pinguibus, tactúque gummoſis, vtrinque pẽnatis:caule herbaceo: flore hyacinthi:fructu pilularum Platani magnitudinis,aſperiore tantũ,& rubeſcentes lenticulę valuulas referente:radicibus pręlongis, buxeo colore,gentianæ modo flaueſcentibus, ſapore dulci,quadantenus ſubacerbo,quę lycij modo curatæ coguntur in ſuccum.

CARYOPHYLLON quaſi nucifolium

exiſtimauit vocandum Paulus Aegineta(nam Dioſcorides aut Galenus nullã fecerunt eius mentionem) frutex eſt ſabuci forma, ſemine grano piperis ſimili, grandiori tamẽ fragilioríque, ex atro ruffeſcente, in claui modum capitato, exertis in aduerſum quatuor denticulis ſeſe ſtellatim decuſſantibus, prominulo apice, quadrati alueoli ſinu medio vmbiculatim prodeunte: à qua facie clauata Francis ſibi nomẽ claui caryophyllum adoptauit. Non deſunt, qui caryophyllum repræſentent buxi caudice, lauri folio, ſed rotundiore.

BALSAMVM (quantũ colligere ex diuerſis authoribus potuimus) frutex eſt proxime Aegyptum naſcens, in regione quæ nũc Fons ſolis nominatur, quondam Heliopolis, in Arabia quoque, Sabæorum tractu maritimo, item in Iudæa circa oppidum Hiericho. Eius autem forma eſt viti quàm myrto ſimilior, quidam etiam terebintho ſimilem faciunt, rutæ folio, ſed exalbido: alijs eſſe aiunt folio ſampſuchi herbæ, coma perpetua, floſculo candidæ violę, aut lycij, ſarmentis ferè vitigineis, odore præſtantibus, quæ quotannis interputantur, vinearum more, & magno væneunt. xylobalſamum hodie & antiquis etiã dicebatur. Cũ autẽ interputabatur frutex, ſuccus tenuis à plaga manans diligenter colligebatur in cornua, qui ſuccus hodie magno eſt in pretio apud nos: eſt enim ſuauitatis & pretij eximij, opobalſamum

vocamus. eæ deinde ſucci guttæ in vaſe nouo fictili condebãtur, craſſiori ſimiles oleo, & in muſto candidæ rubeſcebant, ac ſubinde dureſcebant, è tranſlucido. Vindemiam appellabãt ſucci colligendi tempus. cuius rationis plura videto apud Ruellium diligẽter collecta. Fruticis diſcrimen in tria faſtigia digeritur: primũ ſcabro aſpectu incuruũ: ſecundũ procerius cæteris, læui cortice: tertiũ gracilius, tenui & capillacea coma: hoc vocãt theriſton, ob id forſitan quòd ſua exilitate facilius demetatur.

XYLON quod aliqui goſſipion nominãt, in ſuperiore parte Aegypti quæ in Arabiam vergit naſcens, frutex eſt exiguus, laniger, palmæ folio, ſimilem barbatæ nuci gerens fructũ, cuius in exteriore bombyce, lanugo netur in linũ cãdidiſſimum molliſſimũmq́ꝫ, quod cotonum vulgo vocamus, vt lanuginẽ ipſam, *du cotton.* Frequens eſt hodie in Corſica inſula tum frutex tum lanugo, vnde aduehentes Veneti non paruũ quęſtũ faciunt. Fiũt ex hac materia telæ quas xylinas appellare poſſumus, *toile de cottõ ou boccaſſin.* Gignitur etiã huiuſmodi lanugo in quadã arbore, cuius folia ni minora eſſent, vitium planè poterant videri: cucurbitas fert mali cotonei amplitudine: quę maturę oſtendunt lanuginis pilas, ex quibꝰ veſtespretioſo linteo texunt. Theophraſtus lanigeras quaſdã Indię arbores deſcribit mori folio, corpore autem cynorrhodi. ſed hæc nihil ad xylon,

Therionarca inde nomen inuenit,quòd ſerpentibus torporē inferat:frutex eſt folijs ſubherbaceis, roſeo flore. Plinio alia traditur, in noſtro orbe naſcens,fruticoſa,ſubuiridibus folijs,flore roſeo.

Apocynon Galeno cynocrambe, aliquibus hypomanes, frutex eſt venenoſus, longis viticulis,male olentibus,lentis,folio hæderæ,molliore tamen,pinnatioréque, graui odore, glutinoſo, & ſucco madente luteo. Valuulæ ſiliquis fabarum perſimiles, longitudine digiti, folliculoſæ,in quibus ſemen durum,exiguum, nigricans.

Onagra ſiue onuris, vel oenothera, fruticat arboris inſtar.magnitudo quoq; ei iuxta,amygdalaceo folio,latiore,lilino non diſſimili,flore roſeo,grandi,radice candida, lōga, & cum ſiccata eſt, vinum olente, naſcitur in montanis.

Sed quādo iam de montibus ſermo eſt,æquū eſt nunc vt abſoluto quàm breuiſſime fieri potuit fruteto,collem conſtituamus, in quo herbæ ſyluaticæ poſt arbores & frutices ad extremum deſcribantur, quemadmodum pauloantè ſumus polliciti.

Collis.

Arbores in ſylua,frutices itē in fruteto deſcripſimus.Supereſt vt locũ aliquē cõſtituam⁹ herbis ſyluaticis,& quæ(vt inquit Columella) in herboſis nemoribus ſuccreſcũt.Nã quæ ſyluæ ſunt altiores & grandiores,eæ pauciſſimas herbas ꝓducũt in ipſa ſoli area:aut quia terrenũ nullã habet ſolis iucunditatē:aut quia craſſiſſimę arborũ radices totũ ipſum ſolũ ambiãt, vt nihil vel minimis herbulis relĩquãt,quo enutriri poſſint.In amœna autē ſylua(quod nem⁹ ſuperius appellauimus)quę plerũq; cædua eſt, & frequenter attondetur ad ſolis gratiam,certe permultas herbas inuenimus,tum ad arbores & frutices conſcendentes, tum etiã humi ſerpentes,& toto ſolo errabundas: vel tũc maxime cũ mõtuoſum eſt nemus, aut ad orientē vergit. Itaq; collē cõſtituere nobis licet in hac parte, & ob oculos ꝓponere eũ locũ quē mox deſcribebamus : in quo ,poſt arborum & fruticum deſcriptionē,herbas etiam ſyluarũ breuiter deſcribamus. Incipiendum autem à filicto,in quo filicũ ſpecies paucis enumerabim⁹.

FILICTVM.

Filictum vocabimus ſoli tractũ in colle aut monticulo,circa nemora,aut inter fruteta,vel etiã ſeorſim,filicib⁹ omnis generis abundantē.

vulgus noſtrū appellat *fugeraye*. Iam igitur filices omnium ſpecierum deſcribamus.

FILIX primū duorū eſt generū, mas & fœmina. marē appellabimus eā filicē quę Græcis pteris, ſiue pterion, vulgo oſmunda regalis *oſmonde real*, ſine flore eſt & ſine ſemine, folijs tantū cubitalib⁹, ex vno artu porrectis & vtroque latere pinnatis, ſubgraui odore, radice per ſumma ceſpitū nigra, oblōga, multis capillamētis fibrata, ſubaſtringēte guſtu. naſcitur in mōtibus & ſaxoſis. Cōſpicitur interdum filix mas vno caule, recto, duorū cubitorū alto, glabro, viridi admodū: è cui⁹ ſummo duę veluti folliculorū pinnę aſſurgūt, breues, ſubcraſſæ, filicis formā retinētes: cæterū nūq̄ maiores. caulē ſi per mediū diſſeces in latū, deterſo quodviſcoſi ſucci ſubinde erūpit, cōſpicies deliniatā veluti aquilā expanſis alis: qualis hodie depingitur.

Thelypteris Gręcis, latinis filix fœmīa, vulgo *de la fugere*, alijs nymphæa pteris, pluribus ramulis fruticat, folijs pinnatis, quę nō ſingulari (vt ſuperior) pediculo nitatur, radicibus lōgis, obliquis, ex nigro in luteū flaueſcētib⁹, aliquæ etiamnū rubentes inueniūtur. Ea herba ignis beneficio in ſolidam materiā coacta fiunt hodie vitra apud nos, ſiue cyathi vitrei, quibus in poculis vtimur. quæ vitra filigna ſiue cyathos filignos appellare noſtris adoleſcentulis licebit, *uerres de fugere*.

Dryopteris in muſcoſis roborū vetuſtiorū

partibus naſcitur, filici mari ſimilis, niſi quòd minores habet inciſuras, folia paulo craſſiora, viridiora, & breuiora, radices habet ſibi inuicem implicitas, hirſutas, aſtricto guſtu, ſubdulces, quibus tuſis, fit pſilothron (inquit Dioſcorides) vulgus noſtrum appellat huiuſmodi filicem, arboream oſmundulam.

Filicaſtrũ quidã appellãt, alteram ſyderitidis ſpeciẽ, filicẽ folijs referentẽ: naſcitur autẽ præcipue (quãtũ ipſi vidimus) eodẽ in loco quo ſuperius deſcripta dryopteris: Lunariã maiorem vulg⁹ noſtrũ vocat. folijs & alis filicẽ fœminã omnino videtur imitari, binũ cubitorũ, ramulis exilibus, folijs vtrinq; diuiſis, qualia filicis, pediculo lõgo, prodeũtibus ex alarũ ſinu ſurculis lõgis, tenuib⁹, capitulo in cacumine orbiculato, in quo ſemẽ cõtinetur quod betæ ſemine aliquãto rotũdius eſt ac durius. Eo nõnulli mira nugãtur poſſe fieri ſi quidẽ ea nocte colligatur quæ diui Ioannis feſtũ præcedit: ipſámque herbã aiũt chymiſtæ quidã, noctibus cũ luna lucere, vnde lunariæ nomẽ inditũ. Sed hęc Magis relinquamus, quib⁹ etiã alia lunaria nyctegregon appellata, in gedroſia præcipue naſcẽs, viſa eſt è longinquo noctibus lucere, vnde nictilopa quibuſdam dicta eſt.

Filiculã latini vocant quã Græci polypodiũ, à pediculorũ multitudine, quaſi multipedẽ, q̃ eius herbæ radix multis cyrrhis veluti pedib⁹ quibuſdã innitatur. naſcitur in vetuſtis petris,

rupibus,muris præciſis,& vetuſtis roborũ cau dicibus,palmi altitudine,filici ſimilis,ſubhirſu• ta,nõ perinde tenui foliorũ diuiſura:quę quidẽ folia parte auerſa fuluis maculis notãtur:ſine ſemine eſt:radice hirſuta, craſſitudine minimi digiti & acetabulis caua veluti qbuſdã polypo rum cirris,piloſa,coloris intus herbacei,guſtu ex auſtero ſubdulci.

Dicamus iam de herbis fruticantib⁹ quę ar• boribus ſyluaticis & fruticibus alligãtur.

HERBAE ARBORIBVS CIRCVNVOLVTAE.

Clymenon,ſiue clymenos, herba à quodã re ge ſic dicta,latinis volucrũ aut ĩuolucrũ appel latur:è re ipſa,nẽpe ꝙ arboribus ſeſe inuoluat, in ſylueſtribus mõtoſiſq; locis:caulẽ fert qua• dratum,fabæ ſimilem:foliũ plantaginis, ſed ꝑ extremam oram leniſſime fimbriatum:follicu los ſupra caulẽ in ſeſe inflexos,vt in iride,cre• bro irretientibus inuicẽ polyporũ cyrrhis.Offi cinæ & herbarij partim cypriã vocant,partim etiã ſaponalẽ,ſiue ſaponariã: argumẽto quòd pinguedinẽ quandã in aqua ſaponis modo re• mittat.Vulgus ſegeiam appellat,*herbe à ſiege.*

Periclymenon Græci, latini volucrũ maius, herbarij caprifoliũ *cheurefuel.* Scribonius Lar• gus ſyluæ matrem appellat:vnde etiam vulgo matriſſylua dicta, & nõnunquam vinciboſcũ. amplexicaulis eſt frutex,ramulis lignoſis, ru• fis,geminis per interualla, vmbilicatis folijs,à

terra cæſijs,ſupernè herboſis,mollibus,baccis ſylueſtris myrti,vel,quod idem eſt,ruſci,cacumine duobus folijs tunicato, ita vt difficulter eruatur, radice craſſa. Inuenitur in ſepibus & aruis, conuoluens ſe fruticibus aut arbuſculis propter aſſidentibus.

Clematis altera,volubilis maior appellata,ramis exit rubẽtibus,viticoſis:ambítque viticulis ſuis proximas arbores,ijs conuoluendo ſeſe vt ſmilax . folium ei vehementer exulcerans & acre.Sed de clematide,plura in vineto.nã hæc etiam in vineis naſcitur.

Clematidem autem Aegyptiam dictam,quã nonnulli vocant vincam peruincam,inuenies deſcriptam in arbuſto: item etiam in hortulo.

SMILAX aſpera,folio eſt periclymeni,ramulis exilibus,multis, paliuri modo aculeatis. Repit p arbores ambiẽdo eas ab imis ad ſumma vſque . Semen in racemis labruſcæ modo cohæret,rubro colore cũ ematuruit, guſtu leniter mordaci,radice craſſa,prædura.locis paluſtribus & aſperis enaſcitur.

Smilax læuis, folio eſt hederaceo, molliore, læuigatioréq;,palmitibus præter ſpinas, quib⁹ caret,omni alio modo ſimilib⁹ ſupradictæ.Cõuoluit ſe arboribus,quemadmodum & illa.Semen habet nigrum, vt lupini,& exiguum , ſuper quod circunquaq; flores exiliunt candidi, copioſi, orbiculati.Cæterum topiarius eſt frutex:per ęſtates virẽs,folijs in autũno cadẽtib⁹.

CYCLAMINOS altera, vulgo ſigillũ beatæ Marię dicitur, *du ſeau noſtre dame*, folia fert hederacea, minora tantum, caules craſſos, vel (vt Plinius inquit) ſuperuacuos, geniculatos, vicinis arborib⁹ capreolorũ ritu ſe cõuoluẽtes: flores cãdidos odoratóſq;: corymbos hederæ, ſed molles, aliquantũ acres, guſtu lentis. radice eſt nullius vſus in medicina, prælonga tamen & in miram molem extuberante, ita vt merito quoq; rapum terræ dici poſſit.

MALACOCISSON etiam putat Ruellius eandẽ eſſe cũ ea quã vulgo ſuperius ſigillũ ſanctæ Mariæ appellatã diximus. Nãq; ſimilitudinem refert hederę, molliore tamẽ habitu, ac, ne ſerpat humi, ſeſe vicinis fruticibus volumine crebro cõtorquet: folio hederaceo, flore albo, baccis rubẽtibus, craſſa radice veluti bryoniæ, eadẽq; altiſſima, vt vel aquã haurire, vel lãbere fodiẽtib⁹ dignoſcat. quare radix glutinoſo turgẽs ſucco cũ friat, in quãdam vnguinis ſpeciẽ reſoluta fatiſcit. Tã aquę vel cupida vel amãs creditur, vt etiã ſi in aſperis offendat ꝓſilijſſe, nimirũ aquã ſubeſſe quis certior fact⁹ fuerit.

SIGILLVM quoq; Salomonis appellat vulgus noſtrum, quod Græci polygonaton dixere, quia eius radix frequentibus geniculorũ nodis interuallata tumeat. proſilit in montibus, frutice cubito proceriore, folijs lauri, latioribus & læuioribus, quæ guſtata quendam mali cotoneæ aut punicæ ſaporem referant

cum aſtrictione nonnulla. Flores per ſingulos foliorũ exortus exiliunt candidi, qui flores,foliorũ numerũ lõge ſuperant à radice ad cacumen ſupputati, nam terni aut plures ab vnoquoque ſinu foliorum emicant:radice cãdida, molli, longa, crebris nodis articulata, denſa, grauiter olente, pollicis craſſitudine: floribus excuſſis,baccæ piſi ferè tuberculo dependent, ex viridi nigricantes, & in quendam ordinem digeſtæ.

HERBAE LACTE MANANTES.

Tithymali genera omnia à ſucco lacteo nomẽ ſumpſerũt, itaq; de ijs ĩprimis agẽdum eſt.

PRIMVM tithymali genus,à Græcis characias appellatur quaſi vallaris, quòd propter ramos multos vallis & ſepib⁹ aptũ ſit:dicit̃ & maſculinus tithymal⁹,aut amygdaloides,quia habeat folia amygdalo vel oleæ ſimilia : hodie magna ex parte vocatur expurgia ab expurgãdo,vulgo eſula maior:ſeſquipedali proceritate digitalíq; craſſitudine prouenit,quinis ſeníſve caulibus,folijs oleæ ſed lõgioribus,leniter punicãtibus,circa radicem duntaxat anguſtioribus,nam in cacumine iunceam comam gerit: radice aſpera,craſſa.inuenitur in aſperis.

Secundum genus vocatur tithymalus fœmina,ſiue myrſinites à folijs, aut caryites à fructu nuci ſimili: folio eſt multo maiore q̃ myrti,acuto,pungente,grauis odoris,ramulis pal-

meis,alternatis annis fruticantibus:fructu nucis ſimilitudine, vnde vulgo officinis,nux vomica dicitur,ſed pauciori madet lacte.hac ſpecie in nemoribus ſæpe vidimus.

Tertium genus Plinio tithymalus paralius vocatur,ſiue vno vocabulo tithymalis: Theophraſto coccos,vulgo eſula minor:peculiariter etiam nõnulli euigilem matutinũ vocant,*du reueillematin*:ſurculis eſt rubẽtibus,palmum altis, quinis ſeníſve à radice exeũtibus,folijs lini,anguſtis,paruis,oblongis,in ordinẽ digeſtis,capite in cacuminibus orbiculato,in quo ſemen,vt eruum emicat,vario colore.

Quartum genus:helioſcopion appellãt,quoniam capita cum ſole circumagat: vulgus vocat tithymalũ coronariũ, folijs eſt portulacæ, tenuioribus atq; rotũdioribus,ſurculis à radice ꝓdeũtibus quatuor aut quinq;,tenuibus,altitudine palmi,rubẽtibus,albi ſucci plenis,capite anethi,ſemine ceu in capitulis.gignitur maxime in ædificiorũ ruinis & circa oppida.

Quintũ tithymali genus cypariſſiã vocãt in campeſtribus naſcentem,ita dictũ à foliorum ſimilitudine:caule eſt palmeo,aut eo ꝓceriuſculo,ſubrubente: folijs pin⁹,tenuioribus,molliori bus,exilioribúſq;:vt omnino nouella pinus exiſtimari poſſit.

Sextũ,dẽdroides dicitur, quoniã arboreſcit, petrophyos ſiue petręũ,ꝙ in petroſis naſcatur, opacans ſuperne in orbẽ atq; comoſiſſimũ,ſuc

ci plenum,ramis ſubrubentibus, circa quos fo lia ſint myrti ſed tenuiora,ſemen characiæ.

Septimum,platyphyllon vocant,à foliorum latitudine,nulli enim ſunt latiora folia, verbaſco ſimile eſt hoc tithymali genus.

PITYVSA,omnibus herbarijs officiníſque ac recentioribus medicis, eſula nominatur. ſiquidem eſula fruticoſa eſt,caule ſupra cubiti altitudinem aſſurgente,geniculato, folijs piceæ, acutis,exilibus,flore paruo, purpureo, ſemine inſtar lenticulæ lato,radice craſſa,candida, lacteo ſucco turgente, quam recentiores græci, Barbarorum freti nomenclatura,torpeton vel turbet appellauerunt.

LATHYRIS officinis cataputia minor,vulgo *eſpurge*, à purgatoria facultate, tithymali vocabulo quibuſdam noſcitur:frutex eſt, totius lactis copia turgens, caule cubitali, vacuo, craſſitudine digiti,in ſummo eo ſunt alæ,folio in caule oblõgo, amygdalæ ſimili,cæterum latiore læuioréque. quod autem ramulorum cacuminibus exit proceriuſculum, ariſtolochiæ, aut oblongæ hederæ figura cernitur.

Peplos,quam officinæ eſulam rotũdam,vulgus vineale reuelium vocat, *reueille matin des uignes*, quòd ſumentes antelucanis excitet,in vineis inuentum, nominant. nanque inter vites & in hortis reperitur, frutex lactei plenus ſucci, folijs rutæ, paulo latioribus, circinnata coma,palmari,humi procumbente, fructu ſub

ſolijs rotũdo, tribus loculis diſcreto, in quibus ſemen nigrum, papauerini magnitudine.

SCAMMONIVM, ſucco etiam fere lacteo manat, alij colophoniam, alij dactylion vocãt. ramos habet multos ab vna radice, tricubitos, pingues, & quadantenus craſſos: folia quoque hirſuta helxinæ aut hederę, molliora, triãgula: florẽ candidũ, male olentẽ, rotundũ, & cauum ceu calathus: radicem grauiter olentem, liquoris plenam, oblongam, craſſitudine brachiali, candidam. Colligitur ſuccus capite radicis detracto, & in modum teſtudinis inuerſæ inciſa cauernula, vt in ipſam lachryma confluat: quę deinde minutim excipitur.

RELIQVAE HERBAE TAM SYLVESTRES QVÀM ETIAM MONTANAE.

Polemoniũ ſiue polemonia aut philetæria, à certamine regum inuentionis, vulgus herbariorũ falſo ambroſiã appellãt, rura boſciſaluiã, *ſaulge de bois*. naſcitur locis mõtoſis, macris & aſperis, cauliculo quadrato, vtroq; latere ꝓdeũtibus folijs, effigie nepetæ, ſaluiæ modo & ſcabris & candicantibus: ramulis etiam vtrinque digeſtis, exilibus, quorum faſtigia corymbis hyſſopi viſuntur ſpicata, vel, vt verius dicam, coronata, in quibus nigrum inſidet ſemen: radix ſtruthij vel lanariæ herbæ ſimilitudinẽ refert, prælonga, cubitalis. Non ſunt audiẽdi, qui perſicariam vulgo dictam eſſe polemoniã ar-

bitrentur,quæ foliũ habet melápyri, aut quod cõſimile habetur, ꝑſici: multis calamis ex vna radice micãtibus,crebris articulorũ nodis,fru ctu quaſi grano milij in racemis ſummatim de pendente:ſed iſta cratæogoni propria ſunt.

De perſicaria autẽ in prato & lacu dicemus quẽadmodũ etiã de ambroſia in agro, nã hæc potius agreſtis & in ſegetibus naſcẽs,illa aqua tica & pratis familiaris eſt.

Symphyti genera,obiter ĩ hortulo attigim⁹. nũc autẽ latius deſcribẽda ſymphyti petræi ra tio,quãdo in ſyluã cadit,& mõtes poti⁹ amat. Itaq; ſymphytũ petræum,vulgo buglũ dicitur, *du bugle.* non enim eſt ea quæ media cõſolida vulgo appellatur.ſiquidẽ petræum, ramos ha bet origani,tenues,in cacuminibus thymi capi tula, præterea ſurculis multis cõditũ eſt,guſtu dulce,odoratũ,ſaliuã ciens: lõgã radicẽ habet, minoris digiti craſſitudine,flore cęruleo,exili: prouenit in petris,vnde nomen habet.

Chamæcyſſos in hortulo cum hædera de ſcripta eſt.

Sanicula quæ vulgo appellatur à ſanãdis vl ceribus, *du ſenicle*,videtur eſſe quartũ ranuncu li genus,quẽadmodũ in prato deſcribemus:nã huic ſpeciei deſcriptio ſaniculæ plurimũ adſti pulatur, vt nihil diſcrepare videatur à ranun culo,præterq̃ radice,quæ paulo longior eſt, & quodammodo nodoſa:hac herba ſyluę,luci,ne mora ſcatent, vt verno tempore, floribus hu

ius,aliquot ex noſtratibus ſyluis candicent.Folio eſt vitis aut apij, rubentibus in fine ſectionũ maculis quibuſdã, ſurculis quoq; rubris ad radicem,quę nullis ei capillamẽtis fibrata ſubeſt, capitulis in ſummo frutice puſillis ſubnigríſq;,floribus albis, ſuccum foliorum ſenties ex guſtu myrrham plurimum referre.

Cratæogonon cum perſicariæ ſpeciebus in prato deſcribemus,etſi nonnunquam in frutetis atque opacis creſcat.

Phyllon, alijs elæophyllon, in montibus & ſaxoſis naſcitur, duorum quidem generum: mas arrhenogonon dicitur, fœmina thelygonon.bryo ſimilis eſt folijs,colore magis herbaceo q̃ oliuæ,caule tenui ac breui, radice gracili,flore albo,ſemine rotundo,maiore q̃ papaueris. Fructu tantum differunt: maſculum enim vuas habet deflorentibus oleis non diſſimiles.

Heptaphyllon, vulgo tormentilla dicta, in ſyluis etiam & montibus naſcitur, ſeptem habet circunquaq; folia, vtrinq; lanuginoſa, vnde heptaphyllum hoc eſt ſeptifolia potius q̃ pentaphyllon dici debebit: florem gerit luteũ, qui deinde decidens,capitulum quodammodo aculeatum & rotundum relinquit,in quo ſemẽ per angulos occluditur: late ac longe per terram ſerpit herba,radicem habet longam,humi hærentem,puniceam, qua pharmacopolæ quidam vtuntur pro viperarum carne in confectione theriaces.

Pentaphyllon autem cum triphyllo in pra-
to deſcribemus, nam magis pratenſes ſunt & aquoſæ quàm ſylueſtres huiuſmodi herbæ.

ORCHIS ſiue cynoſorchis, vulgo teſticulꝰ canis,& ſatyrion minus,ꝙ eius radix etiã manu geſtata venerem concitet, & eum affectum quem græci ſatyriaſin dicunt.in ſaxoſis,petroſis, & ſabuletis, atque adeo ſyluis frequentius apud nos inuenitur quàm in vitibus: folijs eſt circiter caulem imum in terra ſtratis,oleę molli ſimilibus,longioribus,anguſtis,læuibus:caule ſemipedali,floribus in vertice purpureis, radice bulboſa, oblonga, in modum oliuæ gemina:ſuperiore quæ durior, & calloſior eſt, inferiore quæ mollior & rugoſa.

Duplicem cynoſorchin quidam faciunt.marem non fruticantem,flore ſpicato, vtplurimũ albo, interdum nigris maculis variato, folijs etiam nigra plumbagine maculatis, tribus ad ſummum: fœminam, internodijs pluribus diſtinctam,ramoſiore frutice,flore ad purpuram inclinante. Vtrunque genus, radicem geminam teſtes referentem interdum habet, quorũ ſiniſter dextro ſuperior eſt & breuior, dexter vtplurimum oblongior & mollior: interdum vidi tres, quodam veluti naturæ ludicro. Sunt quibus radix lutea ac in manus effigiem ramoſa, vnde vulgus, manum Chriſti vocat. Sed hæ radicum formæ indifferenter vtrique ſatyrio conueniunt, vt nihil ob hoc differen-

tiæ ſtatuere poſſim.

Orchis ſerapias, ab Andrea medico dictus, propter multas vtilitates radicis: frequens eſt apud nos in pratis, tamē etiam in nemoribus, ſed ijs nō vſq; adeo ſaxoſis viſitur:ſatyrion maius vulgo vocant: folijs eſt porri, oblongis, latioribus, pinguioribus, ex alarum ſinu emicantibus & inflexis:caule palmeo, flore quaſi purpureo, nihil olente: radice interdum teſticulis ſimili, interdum manum extenſam referente. Certe memini me reperiſſe pluribus in pratis, & tum maxime circa Medonium pagum noſtræ Lutetiæ vicinum, plantam omnes has ſupradictas notas eleganter referentem, cuius flos delicatiſſimum ſpiraret odorem: ſed ab alijs plantis, cum quibus vnà creſcebat, hoc tantum differentem, quòd non vſqueadeo ſpicatum florem gereret: erat enim ille rarior, prominētior à caule, delicatius purpuraſcens, & paulo magis expanſus: certe caryophyllon redolebat. In ſumma, quidam ex noſtris ſuauerubentem hyacinthum (de quo tantopere prædicat poeta) eſſe iudicarunt. Cætera, & folijs, & radice, diceres eſſe eam herbam quæ paulo ante deſcripta eſt nempe cynoſorchin.

HORMINVM ſylueſtre (nam de ſatiuo in hortulo diximus) eſt quod centrū gallinæ vocāt herbarij, vulgus, *ſaulge doultre mer*, officinæ gallitricum, fortaſſis pro galli cētro (nā aliud

eſt gallitricum) folio eſt ſatis ad ſaluiam accedente,ſed paulo latiore,caule ſeſquipedali,aſpero,leuiter hirſuto,in quadrãgulum ſtriato,flore ſubcæſio, ad aquilini roſtri effigiem falcato, calyculis pluribus in terram depreſſis, in quibus ad ſummum quatuor grana reperias parua,rotunda, ſubflaueſcentia, læuia, quibus nonnulli vtuntur ad oculos expurgandos.

RVTA ſylueſtris vulgo, Arabibus & officinis noſtris Harmel, Cappadocibus (vt inquit Galenus)moly: planta, colles amans ac læta, ſpecie tamen neque odoratu rutæ ſimilis, ſeſquicubitali proceritate,cauliculis teretibus,folio minuto,rumicis effigie,ſed criſpo: floſculis ex luteo candicantibus, odore viroſo, ſiliquis tripartito diſtinctis,paulo quàm ſatiuę longioribus,in quibus triangulum ſemen, ſubrufum continetur.

ELLEBORVS ſiue elleborum album,mõtes & ſyluas amat,vt frequentiſſimum ſit inuẽtu apud nos circa eum colliculũ nemoroſum iuxta Lutetiam cui Bruyeræ nomen eſt (an tamen id ſit certo, ſtatuere vix audeam libere) Itali veratrum album appellãt,ruſtici *du verare*,folijs eſt plantaginis, ſed paulo atrioribus & interdum latiorib⁹ ac minus ſolidis, canalium dorſo rubeſcentibus,caule quincunciali,ferulaceo, bulborum tunicis obuoluto, radice cepæ modo multis fibris capillata.

Elleborum autem Anticyrẽſe dictum (vn-

de prouerbium, nauigandum eſſe Anticyram cui communi ſenſu ſit opus) ſeſamoide ſiue ſeſamida quidã vocant:rutæ aut ſenecionis ſimilitudinẽ habet,folio paruo,flore candido,radice gracili, nullius effectus : granũ ſeſamæ guſtu amarum, vnde ſeſamoides maius dictum, naſcitur tantum in Anticyra.

Elleborum nigrum, etiam veratrum nigrũ à latinis dictum,ab alijs melampodium, à Melãpode paſtore qui primus ea herba purgauerit ſanaueritque furentes : paulo altius fruticat,quàm ſuperiora genera,foliáque habet herbacea,ferè platani ſimilia,ſed minora & ſpondylio proxima,pluribus inciſuris,nigrioráq; & ſubaſpera: caulis illi eſt ſcaber : flos ex purpureo candicans, & vuæ modo racemoſus, ſeménque in eo vt cnici, quod ab Anticyrenſibus ſeſamoides vocatur,purgationibúſque adhibetur.Radices nigræ,prętenues,ab vno faſtigio pendentes ceparum more, in quibus tantum vſus cõſiſtit. naſcitur aſperis collibus ſiccaneiſque locis.

Elleborine, alijs epipactis & borion,frutex eſt puſillus & minimis folijs, quem Plinius in Aſia & græcia naſci tradit. Non deſunt autem qui eam herbam eſſe contendant,quæ apud noſtras bruyeras pariſinas viſitur, quam elleborum album eſſe paulo antè exiſtimauimus:liberum tamen in hac rę omnium iudicium eſſe velim.

VALERIANA quæ hodie vulgo, minor, cognominatur, lucis & cæduis familiaris eſt, ſitientib⁹ & ieiunis locis multo minor cubito cõſurgit, quamuis lætioribus nonnunquam id æquare conſpiciatur. Caulis molli lanugine pubet geniculatus, læui purpura candicans, aliquantum ſtriatus. Folia quadamtenus oluſatri ſimilitudinem referunt. floſculi ſummis caulibus emergunt, paruuli, aceruatímque coeuntes, & in purpuram candeſcentes. Radix ex obliquo capillamenta iacit, & in multas plexiles fibras conglomeratur: odorem emittens pinguem, irim cum grauitate potius quàm nardum ſubolens. Noſtræ matronæ hanc herbam valerianæ nomine agnoſcunt, & in febribus ardentibus, carpo admouent, haud ſcio quàm fœliciter.

Valeriana quæ maior dicitur, vulgo *uertentret*, ea eſt quam Dioſcorides Phu, ſiue nardum creticum appellat: adoleſcit caule ſeſquipedali, concauo, articulato, ex purpura candicante, folio oluſatri, floſculo lacteo, narciſſi effigie (ſed qui magnitudine narciſſo tamen cedat) per medium leuiter purpuraſcente. radice obliqua, villoſa, ſubpingui, fibris veratri nigri modo capillata, nardi odorem emittentibus, cũ nõnulla grauitate. Colitur hodie apud nos in hortis quàmſtudioſiſſime, tum propter plantæ venuſtatem, tum etiam magis quòd ad multa medicamenta ſit vtilis.

Inuenitur etiam in incultis circa itinera & prata interdum, herbula cubiti ferè altitudine, folijs naſturtij, lacteo flore, quem ęſtate fūdit, ſemine in ſiliquulis tam exiguo, vt temere viſum effugiat, ſed vna frequētius radice quàm duab⁹ nititur, odore naſturtij quàm acerrimo, cui rura nullum adhuc indidere nomen, quod equidē potuerim extorquere, niſi quòd obiter herbarius mihi pratēſem appellauit valerianā, quòd folium cum primum exit alatim & laciniatim diſſectum ſpectatur.

ARON, vere nouo in noſtratibus ſyluis paſſim erumpit: quidam à folij figura pedem vituli appellant vulgo, alij ſacerdotis virile, quòd piſtillum promat exerti ferè genitalis effigie, officinæ corrupto vocabulo Iarum vocant, Meſues lupha vocabulo barbaro nominat: nōnulli dracunculum, ſiue ſerpētariam minorem, ꝙ ſola magnitudine à dracunculo diſcrepet, cætera ſit ei ſimilis. Folia enim promit qualia ferè dracunculi, minora tamen, paucioribus ſigillata lituris, caulē ſemiſſem altū, purpuraſcētem, piſtilli facie, in quo fructus croci colore nitet, radice bulboſa, candida. Sed non eſt omittendum, ꝙ ante ſeminis partum ſagaci naturæ artificio dignū erumpit inuolucrū, palmari longitudine, qđ mucronata in turbinē vaginula piſtillū cōplectitur, & ſuo fouet ſinu, tam eſt diligens ſeruandis rerum ſeminibus natura: ſed vbi fructu pręgnans fatiſcit in hiatum, ſolida

piſtilli facies dilutiore purpura rutilans emergit: & anfractu penitus patente, crocea ſemina ſpectantur, quæ in coronæ modum cõcinnè contexta, imam eius partem ambiunt.

Dracunculus autem, qui ſerpentaria maior vulgo dicitur, ſiue colubrina, & dracontea ab effigie, naſcitur in opacis ſepibus, ſimplici caule binum cubitûm alto, læui glabróque, baculi craſſitudine, verſicoloribus anguium maculis variegato, purpureis etiam intercurſantibus lituris, ita vt planè ſerpẽtis habitum colorémque mentiri videatur. In vertice comoſo folia prodeunt, ſena ſeptenáve, craſſiore pediculo, digitorum ritu propẽdentia, candicantibus reſperſa notis, rumicis figura, ſpecie tamen hederacea, ſed paulo longiore. A foliato ſcapi faſtigio vagina quædam foris herbacea proſilit, cubitalis ferè longitudinis, in mucronem ſenſim turbinata, velut erupturi partus inuolucrum: quæ cum dehiſcens ſeſe pandit, purpureum cornu in acumen faſtigiatum demonſtrat. Ea ſeminis incremento diſſilit in rimam, & tandem elangueſcens flacceſcit, ſubareſcénſque perit relicto cornu. cuius imam partem racemoſus fructus ambit, acinis prima pubertate virentibus, & per adoleſcentiam cocci rubore rutilantibus, guſtu mordaci, odore viroſo, quandiu ianthinum illud exerit cornu: radice bulboſa, tenui libro veſtita.

Draconteam aliam oſtendunt herbarij no-

ſtri incultis limitibus & lapidoſis apud nos fa miliarem,ſubrutila radice,draconis conuoluti modo,iunceo cauliculo,glabreſcente, per ima tantum foliato,ſpicoſo florum vertice, quibus dilutioris purpuræ color ineſt.

Draconem herbam aliam olitores noſtri ap pellant, toto genere ſuperioribus diſſimilem, quam mirabili quodam modo naſci prædicant ex lini ſemine,raphanis aut ſcyllæ bulbis inclu ſo, & ſic in terram obruto. Herba eſt puſilla, caule cubitali, nigro & minuto ſemine, folio tenui & oblongo,acri,vtranque originem pro dente, linguam & folio & radice amburens, aceti & ſalis guſtu. Quapropter hanc quoque inter acetaria olera gratiſſimam celebrant, quòd nec ſalem, nec acetum exigat,vtriuſque ſaporem referens,vtriuſque parentis dotes(vt puto) retinuit.

PHYLLITIS in opacis & præruptis naſci tur,interdum etiam hortorum parietibus(qua propter nonnihil de ea in hortulo diximus,ſed hic tamen vberius explicanda) ſylueſtris ru mex appellatur à quibuſdam (inquit Dioſcori des) Folia enim habet ſatis ad lapathum ac cedētia,longiora,anterius læuia,poſterius qui buſdam verſibus,ceu liris vtrinque exaſperata cum adoleuerunt: rigent ea quidē & in altum ſurgunt. Cæterum murorum aut ſaxorum qui bus hæret aſperginem ſentiens,foris penſiles, ceu vermiculos oſtendit,interius ſummum læ

norem repręſentat:nullum florem,caulem aut ſemen profert : diu viret, contra gelicida hyemis contumax.

HEMIONITIS, ea cognoſcitur eſſe, quæ falſo nunc ab officinis & herbarijs ſcolopēdria nominatur,pleriſq; lingua ceruina: naſcitur in petris:Folium fundit dracunculi,inſtar corniculātis lunæ falcatum:radicibus cohęret multis,exilibus, nunq̃ floreſcit, nec caulem aut ſemen parit,éſtq; auſteri ſaporis.Inſunt ei à tergo veluti ſeſſiles neruulorum fibræ,quæ paulū in verſus vtrinq; digeſtæ prominent.

Hemiomon autem,quod ea mulæ delectentur appellata, ſiue aſplenion,à purgando ſplene, ſcolopendrion ſiue ſcolopendra aut ſcolopendrula,à folij ſimilitudine cum ſcolopendra animali: ea eſt herba quam totus officinarum atque adeo herbariorum cætus antiquo vocabulo ceterac appellant:in petris & opacis atq; adeo parietibus ſiliceis naſcens:ſine caule,ſine flore, ſine ſemine : pediculo nigro, folio primum conuoluto,lanuginoſo,mox dextantali, anguſto,corrugato, ſuperne viridi, fuluis neruulis imbricato, variatóq;, vtrinque polypodij modo diſſecto: radice limoſa, cauernoſa ſicut filicis,candida,hirſuta.

Phalangium,quā aliqui phalangiten vocant, in collibus prouenit, ramulos duos emittens vel tres,pluréſve in diuerſa tendentes, flos illi candidus,lilio ſimilis,multis inciſuris præcin-

ctus,ſemen craſſum, nigrum,latum,ad lenticulæ dimidiatæ figurã,multo tamẽ tenuius:radicula eſt gracili,herbacei coloris cum eruitur.

HYPERICON,vulgo herba perforata,*mille partuis*, quòd folia ſoli obiecta innumeris foraminibus ſcatere videantur, alijs androſæmon quòd folia & flores triti ſanguinem veluti humanum reſudent,Galenus etiam aſcyron & aſcyroides nuncupari tradit,vulgus herbam Sancti Ioannis appellat: in ſyluis noſtratibus plerunque creſcit.Sed & etiam in agrorum ſemitis interdum ſurculoſa eſt herba, dodrantalis,ſubrubens, folio rutæ, flore violæ matronalis forma, quem ſi digitis libeat terere, manus inuenies ſanguine cruentatas. nam & oleum in quo flos fuerit maceratus, ſanguineum concipit colorem.ſiliquam gerit teretem, hordei magnitudine, ſemine intus nigro, reſinam olente:nanque ſi nares conſulas,ſiliqua ſemén que tibi reſinaceum odorẽ repræſentabũt.Duo in hyperico inueniũtur,quę tibi certitudinis faciãt fidẽ,cruẽtus comæ floríſq; triti liquor, odor ſiliquę ſeminíſq; reſinaceus,quæ vix ĩ alijs quibuſcunq; huiuſmodi ſpecieb⁹ reperiuntur.

Androſæmon aliud eſt hyperici genus,dyonyſias cognominatum (inquit Galenus) nam inter hyperici ſpeciem cõnumerãdum eſt:in agris potiſſimũ creſcẽs,ſed non perforatũ. Herba eſt fruticãs prætenuib⁹ feſtucis,ſurculos & ramos rubẽtes fundẽs,folijs effigie quidẽ rutę,

ſed duplo triplóve maioribus, neq; perforatis, & cum teruntur, ſucco ſanguineo manãtibus, cauis alarum multis, à quibus in cacumine ſtolones prodeunt pinnati, in quibus flores puſilli, lutei, & in calyculis ſemen veluti nigri papaueris, lineis depictũ. Comę tritę reſinoſus odor.

Hypericon vernaculum nuſquam non proueniens, amplitudine à ſuperioribus differt, maioribus ramis ſurculoſioribúſq; & omnino rubentibus, folio tenui, floribus luteis, ſemine reſinoſo, qui cum atteritur digitos cruentat, quã ob cauſam androſæmon etiam dicitur. ſed rariſſime perforatum conſpicias.

Androſaces (quantũ ego conijcere poſſum) minimum eſt omnium ſupradictarum ſpecierum, & tamen quandam veluti formam hyperici refert, & in ſyluis ac collibus ſuccreſcit. nõ vſqueadeo alte fruticans, vt vno tantum ſurculo aut ad ſummum duobus adſurgat, floribus & folijs minoribus, lęuioribus, ac viridioribus, quæ pertuſa quidem conſpiciũtur, ſed trita ſanguinem non reſudant.

CHAMAEDRYS quaſi humilis quercus à foliorum ſimilitudine, Plinio quercula, alijs triſſagó & ſerratula, vulgo *germandree*, in petroſis, & aſperis naſcitur. ſtatura tota digitorum quatuor altitudinem non excedit, folijs paruis, effigie & diuiſura quercus, amaris: flore penè purpureo, exili ſemine, in ſingulis calyculis, atro.

Chamædrys ſiue calamintha ſylueſtris, quã etiam latini triſſaginẽ paluſtrem nominãt, ruſra chamaram,in montibus ęque ac paluſtribꝰ naſcitur,folio triſſaginis, rariuſcule per ambiſtum ſerrato,modice lanuginoſo,alliũ ſubolenſte,guſtu amaro & aſtringẽte,quadrãgulis cauſlibus,ſubrubro flore.Certe ea eſt quam nos iure cũ omnibus doctis ſcordium appellare deſbemus.Falluntur autem plurimũ in hoc herſbarij qui hactenus pro ſcordio ſumpſerũt herſbam bicubitali proceritate, folijs vrticæ, parſuis,fimbriatis,à pediculo latioribus:allium veſhementer odorantibus,ſi terantur,floſculo laſcteo,exili in pelliculis ſemine,radice oblonga, eiuſdem cum folijs odoris.quapropter vulgus noſtrum alliariã vocat.potius autẽ eſſet ſcorſdiotis,q̃ verũ quod deſcripſimus ſcordium.

CHAMAEPITHYS in agro deſcribetur poſtea.

MYOSOTIS altera, inter alſines genera connumeranda venit, creſcit enim in lucis & opacis ac locis alſioſis:quapropter priorem alſinem in vineto deſcripſimus, alteram in hũc locũ ſeruantes.vulgare nomen apud nos nulſlum habet,multos producit caules ab ima raſdice prodeũtes , quadantenus à terra rubros & concauos:folijs eſt anguſtis, oblongis, non ſine dorſi prominentis exertu, nigricantibus, per interualla deinceps geminatim copulatis, in mucronem deſinentibus : coliculis ex alarũ

ſinu prodeuntibus:flore cæruleo, radice digiti craſſitudine,multis fibris capillata,ſatis ad ſco lopendrium accedente.

Piloſella autem quam vulgus appellat, ſiue etiam dicatur auricula muris,in ſyluis & mõtibus creſcens: non reſpondet ſuperiori deliniationi,eſt enim folijs quadrantalibus, lanuginoſis,albicantibus,in terram ſparſis,flore luteo, radice numeroſa ſed exili, humi quidem in terram proſerpit & nunquam à ſolo ſuſtollitur,ſed cætera non conueniunt. Itaque vulgare tantum nomen huic relinquamus.

DICTAMNVM ſiue dictamnus,item etiã dictamus,vulgo diptamnum:in ſola Creta naſcitur,atque adeo ſolo monte Ida: vnde illud Virgilij,

Dictamnũ genitrix Cræta carpit ab Ida.

Qui autem illic fuerunt, herbarum ſagaciſſimi indagatores,mihi retulerũt tria in ipſo mõte dictamni genera à ſeinuicem diuerſa ſuccreſcere,quorũ quod in ſummo montis iugo creſcit, tenuioribus eſt ramis ac folijs,pulegio ſimilibus,nullo aut caule aut ſemine,omniũ eſſe optimũ prædicãt:quod vero in valle atq; adeo ima montis parte latioribus aſſurgit folijs, & guſtu mordacioribus, id pſeudodictamnũ nominarunt.In medio autem montis,aliam quãdam dictamni ſpeciẽ aſſeuerarunt naſci,proxime accedentem ad verũ dictamnũ, cuius ego folia ab ijs accepta, hodie diligenter adſeruo:

ſunt autem proxime ad origanum tendentia, lanuginoſa,odorata,guſtũ mediocriter pſigẽtia.Quod præterea de dictamno proferã,certè mihi non eſt in promptu . Nam ſpeciem eam quam vulgo oſtẽdũt pharmacopolæ,nullo pacto dictamnum eſſe crediderim.Quin nec radicem quam proferunt è Creta allatã,qua peſti inſigniter mederi ſe quidam iactitant,nunꝗ exiſtimarim eſſe dictamni,radices enim habet minimas & omnino inutiles . Quo minus eſt mirum ſi in herbarum cognitione multi quotidie nobis imponant.

CACALIA ſiue leontice in mõtibus creſcit , vulgo agreſte carni dicta : Fruticoſa eſt herba, ſemine minutis margaritis ſimili,inter folia magna pẽdulo,quæ ad oleagina vel querna ſatis accedunt.

EVPHRASIA Græcis dicta , quòd lætitiam pariat,aut voluptates augeat,naſcitur in apricis collib⁹, autumno præcipue,herbula eſt ad hyſſopum ferè accedens, ſed puſilla admodum,cauliculis purpureis,folio paruo,per ambitum ſerrato , floſculo interdum albicante, interdum ſubcœruleo,macula veluti aurea per medium inſigni. Quidam pampinulæ ſimilem fecerunt , folio tantum minore ac magis ſerrato & lentiuſculo , minus fruticoſam , flore luteolo.

GEVM nõnulli eam eſſe ſuſpicantur, quam vulgus, diaboli morſum appellat, quod ſi ita

eſt,ſeſquipedali faſtigiatur altitudine,folijs buglosſo læuioribus, ſolidioribus & leuiter laciniatis, flore purpureo, radicibus nigris & circũroſis,vnde vulgare nomen.naſcit̃ in opacis.

Iuxta rumpotinã arborem vel populos præcipue viduas, naſci Plinius tradit herbam quã Galli(inquit) RODORAM vocant:caule virgæ ficulneæ modo geniculato,folijs vrticæ,in medio exalbidis, quæ procedente ætate tota rubentia conſpiciuntur,flore argenteo.

ASCLEPIAS ab Aſclepiade inuentore dicta, à quibuſdam ciſſion ſiue ciſſophyllon à foliorum ſimilitudine, vnde nonnulli ex noſtris hederalem vulgo vocarunt: inuenitur in noſtris montibus & ſyluis: Fruticoſa eſt herba,ramis oblongis,folio hederaceo ſed amplexicaule, flore grauis odoris,ſemine ſecuridacæ,radice numeroſa,tenui,odorata.

ORIGANVM, etſi quòd in montibus creſcat nomen habet,tamen quia in hortis hodie diligentiſſime colitur, eius genera in hortulo requirito. Illic etiam pulegij montani deſcriptionem videto.

SESELI Maſſilienſe, quidam ſaxifragiam maiorem appellauerunt, quòd medijs è ſaxis erumpat, alij falſo ſiler ſed mõtanum, nam in montibus creſcit atque interdum etiã in pratis, folijs fœniculi, craſſioribus tantum, caule vegetiore,vmbella anethi,in qua ſemen oblongum, anguloſum,deguſtanti acre:radix ei lon

ga eſt,iucundi odoris.

Seſeli Aethiopicum,folio eſt hederaceo, ſed minore,in longitudinem porrecto periclymeni modo:frutex alioqui magnus, ſarmētis bicubitalibus,in eóque dodrantales rami,capitula vt anethum,ſemen tritici modo denſum,nigrum,amarū, acrius & odoratius quàm Maſſilienſe,perquàm ſuaue eſt.

Seſeli Peloponneſiacum folijs eſt cicutæ,ſed latioribus & craſſioribus, excedens Maſſiliēſe caulis amplitudine, quem ferulaceū continet. Summum eius lata vmbella occupat,ſemē cōplexa odoratum,latius, carnoſius.prouenit in locis aſperis, riguis collibus,inſulis.

Tordylion quod & creticū Seſeli cognominant,Paulus gordylion,alij Syreon(inquit Plinius)naſcitur in Cilicia mōteAmano,herbula fruticoſa,ſeminis rotundi, geminatíq;, forma clypeolari, guſtu ſubaſpero,bene olēte radice.

ASTRAGALVS Romanis talus, grandula & ficus terræ,noſtris vulgo cicer montanū vel ruſticum:Herba eſt fruticans, folio & ramis ciceri ſimilis,flore purpureo,paruo,tereti radice,raphani modo grandi,quæ adnatas habet appēdices admodum duras,veluti cornua inter ſeſe implicatas,guſtu aſtringentes: Inuenitur in petroſis,& locis vēto perflatis. Cicerculā eſſe diceres,niſi radix tanta ſubeſſet,Vulgus nonnunquam ſylueſtres cerras vocat,hoc eſt,cicerculas.

DELPHINIVM à foliorum cum delphino incuruo ſimilitudine appellatum, eã eſſe putãt quidam quæ, à noſtris herbarijs vulgo dicitur, filius ante patrẽ: fortaſſis rectiꝰ appellaturi, ſi partus ante conceptũ dicerent: ſiliquam enim & ſemen ante floris exitum oſtendit: Buccinariam alij vocant, ob teretis ſiliquulæ per extremum in expanſum florem exeunte ſimilitudinem. Inuenitur in aſperis, & locis totius diei ſolem accipientibus: ſurculis à radice vna pedalibꝰ, folijs paruis, tenuibꝰ, interſectis, incuruis, lõgiuſcula delphinis effigie, flore violæ matronalis, ſubpurpureo, ſemine in valuulis teretibus exiguo, milio nõ diſſimili. Hallucinãtur qui delphinium eſſe ſenã Mauritanis dictam exiſtimant, reclamante perquam euidenter totius herbæ pictura.

PEVCEDANVM à pinu vel amaritudine ſic dictum, in montibus opacis gignitur, caule tenui, macilento, fœniculo dẽſitate ſimili, iuxta terram comoſo, flore luteo, radice nigra, ſuccoſa, grauis odoris, craſſa. Eius herbæ ſucco & radice medici vtuntur.

EPHEMERON putat eſſe Ruellius ex deſcriptione Dioſcoridis, quod hodie vulgo liliũ cõuallis appellatur, *du muguet*, de quo in hortulo diximus: naſcitur enim ſua ſponte in opacis & lucis: vnde nomẽ lilij cõuallẽſis: caule multo, tenuiore, flore cãdido, ſuauiter olẽte, guſtu ſubamaro, ſemine molli, radice digiti minimi

craſſitudine,ſingulari,longa,aſtringente, odorata. Dicta Ephemeron quòd flos eius confeſtim deciduus non longius quàm vno aut altero die integer appareat, vel quòd eo decerpto,dies vna ſit ei vita lõgior,adeo fugaci ſorte prædita eſt hæc planta.

CENTAVRIVM maius, quod vulgo (ſed falſo tamẽ)reuponticum dicitur,&cuius radix pro rhapõtico oſtenditur:colles amat qui pubentibus virẽt lucis,& nemoroſo cingũtur orbe,gaudet apricis,frutetoſis tractib⁹ & arboribus cõferctis. Planta eſt ab radice fruticoſa, caulibus ternũ cubitorũ,geniculatis, folio iuglandis,per ambitum creuato, virenti & oblõgo,flore ſubcæruleo, capitibus papaueraceis, ſemine cnici,radice vaſta,fragili,tenera,rubeſcẽte,ſucco rubro madẽte.Quod autem vulgo centauriũ maius oſtenditur,& cẽtaurea maior appellatur,lyſimachiam eſſe putat Ruellius.

Centauriũ minus in lacu deſcribetur.

Verbaſcũ ſylueſtre,itẽ etiã Aethyopis in agro explicabit,queẽadmodũ & ſyderitidis ſpecies.

BETONICAM latini appellãt, quã Græci ceſtron,quòd locis alſioſis gaudeat,vulgus *butoeſne*: caule aſſurgit cubitali vel eo altiore, quadrato,folijs quernis,per ambitum ſerratis, proxime radicẽ maioribus,odoratis,ſemine in ſummis caulib⁹,modo ſatureiæ ſpicato: floribus purpureis,radice veratri,numeroſa,tenui.

Betonica altilis, item alia quæ Britannica

dicta eſt,ad hortulum attinet.

Hactenus ſylueſtres herbas deſcripſimus. campeſtres in agro,pratenſes in prato poſtea explicaturi: Quo eodē loco etiam paluſtres & aquaticas videbitis. item boletorū & fungorū omnia genera:nam vel Horatij teſtimonio,

Pratenſibus optima fungis
Natura eſt,alijs male creditur.

Itaque fiet,vt agro & prato deſcriptis nihil aut parum admodum ſuperſit, quod in rē herbaria prǣterea deſyderari queat:modo ne ſint eo ingenio adoleſcentuli, qui noſtram audaciam temere culpent,aut id nobis dent vitio,quòd à quibuſdam dari ſolet:non omnia recte ſe habere, quædam eſſe breuius quàm par ſit, alia fuſius explicata, nonnulla etiam paulo negligentius prætermiſſa. Sed ſint ij quidem difficiles, ingrati,non ingenui : qui ob hoc laborem alienum contemnant,quòd omni ex parte nō ſit abſolutus, quaſi vero id vel ipſi vel quiuis hominum præſtare exactiſſime poſſit. Quapropter adoleſcentuli huiuſmodi ingenijs nolite operam dare: quin potius eſtote faciles,in bonam & æquam partem omnia accipite, ſi quid omiſſum,id vero animaduertite,& libellis veſtris adſcribite, ſi quòd etiam deterius prolatū aut aſſertum,emēdate:vobis enim id maxime licet, per noſtram authoritatē. Interea bono eſtote animo,dum reliqua vobis apparamus.

FINIS.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON

Index latinarum

DICTIONVM, QVAE IN HOC LIBELLO PASSIM EXPOSITAE ſunt: cuius prior numerus folium, poſterior paginam oſtendit.

A

Abies 15. 1
Abrotonum fœmina 18. 2
Acer 24. 2
Aceris genera 25. 1
Achy 38. 2
ἀκρόδρυα 4. 2
Adrachne 26. 2
Aegilops 10. 2
Aeſcul⁹ æſculetũ ibidē
Aethiopis 56. 1
Agaricũ 10. 1. & 16. 1.
Agreſte carni 54. 1
Alnus 25. 1
Alliaria 53. 2
Amenta 7. 1
Amomum 37. 1
Ambroſia 46. 1
Anacardum 28. 2
Anagyris 31. 2
Anagyrĩ mouere ibidē
ἀνάγυριν κινεῖν ibidē
Animus robuſtus 8. 2
Andrachnus 26. 2
Androſaces 53. 1
Androſęmon 52. 1. & 2
Anonymos 31. 1
Apharca 27. 1
Apocynon 41. 1
Aquifolia ilex 13. 1
Arborea oſmundula 42. 2
Arbores coniferę 14. 1
Arbores glãdiferę 8. 2.
Arbores reſinaceę 14. 1
Arceutos iuniper⁹ 18. 2
Arcula tiliacea 24. 2
Aria 27. 1
Aria, agria 13. 1
Aron 50. 1
Arrhenogonon 47. 1
Aſcyrõ aſcyroïdes 52. 1

h.j.

Aſclepias 54. 2
Aſplenion 51.2
Aſpris 11. 1
Aſtragalus 55.2
Auetum 15. 1
Aureon 33. 2
Auricula muris 53. 2

B

Balanos 4. 2. & 5. 2
Balanos myrepſica 5. 2. & 6. 1
βαλανεῖον 5. 2
Balneum 5. 2
Balſamum 40. 1
Betonica 56. 1
Betonica altilis 56. 2
Betula 25. 2
Bdellium 22. 2
Bitumen picis 15. 1
Blaueum 37. 1
Blaſtos 39. 1
Blatta bizantia 37. 1
Blaueus color 27. 1
Blotre 17. 1
Borion 49. 2
Boſciſaluia 46. 1
βράθυς 18. 1
Bryon 11. 1
Britannica 56. 2
Buccinaria 55. 2

C

Cacalia 54. 1
Cædere ſyluam 3. 2
Cædua ſylua 3. 1
Calamintha ſylueſtris. 53. 1
Calamita ſtyrax 22. 2
Calea 33. 1
Campeſtris fagus 12. 2
Cannella 37. 2
Caprifolium 43. 1
Cardamomum 37. 2
Cardamomũ mauritanum, vel cordumenũ. 37. 2
Caryophyllon 39. 2
Carni agreſte 54. 1
Carpinus 25. 1
Caſia multiplex 28. 2. & 38. 1
Caſia fiſtularis 39. 2
Caſtellum larignũ 19.2
Cataputia 45. 2
Cedrea oleoſa 24. 1
Cedrelate 23. 2
Cedrelæum ibidem
Cedria ibidem
Cedrides ibidem
Cedris 23. 1
Cedrium 23. 2

Cedrius liquor 23. 2
Cedrula 23. 1
Cedrus ibidem
Cedrus phœnicia ibidē
Centrũ gallinæ 48. 2
Centauriũ maius 56. 1
Cerra ſylueſtris 55. 2
Cerrus 10.2
Ceſtron 56. 1
Ceterac 52. 1
Chamara 53. 1
Chamędrys 9.2.& 53.1
Chamæpitys 53. 2
Chamælea 33. 2
Chamęcypariſſos 18.2
χάριτες 17. 2
Chia lentiſcus 19. 2
Cyathi filigni 42. 1
Cicer montanũ 55. 2
Cicercula ibidem
κηκίδες 7. 1
Cyclaminos 44. 1
Cinnamomum 37. 2
Cynocrambe 41. 1
Cynoſorchis, mas & fœmina 47.2
Cynorrhodus 40. 2
κυπάρισσος 17. 2
Cypria 43. 1
Ciſſaron 33. 1
Cyſſion, Cyſſophyllon 54. 2
Ciſthos 33. 1
Ciſthi ladaniferę genus ibidem
Citharon ibidem
Citrus 27. 1
Clematis altera 43. 2
Clematis ægyptia ibidē
Clymenon 43. 1
Coccali 14. 1
Coccalos 17. 1
Coccum 13. 1
Colere ſyluam 3. 1
Colycea 27. 2
Colligere glandē 3. 2
Collis 41. 2
Colophonia 46. 1
Colubrina 50. 2
Colutea 33. 2
κωνοφόροι 14. 1
κῶνος 14.1.& 16. 1
Coniferæ arbores 14. 1
Conſolida media 46. 2
Conſeminea ſylua 3. 2
Corona quercea 9. 2
Cortex thuris 21. 2
Corticata reſina 14. 2
Cotonum 40. 2
Cratægon 13. 1

Cratæogonon 47. 1
Cretica cupreſſus 18. 1
Cupreſſetũ 3. 2
Cupreſſi galbuli 18. 1
Cupreſſi nuces 18. 1
Cupreſſus 17. 2

D

Dactylion 46. 1
Dadion 17. 2
Daphnides 23. 2
Daphnoides 38. 2
Darca 39. 1
Das 17. 2
Delphinium 55. 2
δενδρολίβανος 21. 1
Dictamnum 53. 2
Dionyſias 52. 2
Dioſporos 28. 1
Dorycnion 33. 1
Draco herba 51. 1
Dracontea 50. 2
Dracunculus 50. 2
Dryon hyphear 10. 1
Dryopteris 42. 2
Drys 6. 2.& 9. 2
Duo fraxini gña 26. 1

E

Ebenũ Gaiacũ & Berſilicum 29. 1
Elate 15. 1.& 2
Eleophyllon 47. 1
Elleborine 49. 2
Elleborũ ãticyrẽſe 49.1
Elleborũ nigrum ibidẽ
Elleborus 48. 2
Ellebor⁹ ſeſamoides 49
Ephemeron 56. 1
Epipactis 49. 2
Erice 30. 1
Erythros 30. 2
Eſula 45. 2
Eſula minor 45.1
Eſula rotunda 46. 1
Etymodrys 9. 1
Euigil matutinus 45.1
Euonymos 31. 1
Euphraſia 54. 2
Euthyphlœos 11. 1
Excoriari⁹ frutex 30.2
Expurgia 44. 2
Externę arbores reſinaceæ & coniferæ 19.1

F

Fagus 11. 2
Fagus cãpeſtris 12. 2
Fagina glans 11. 2
Febris querquera 9. 2
Ferula 34. 1
Ferulago 34. 2
Ferulæ duo gña 34.1

Ferula ſylueſtris 34. 2
Fictitia myrrha 22. 1
Ficus terræ 55. 2
Filicaſtrum 42. 2
Filicula 42. 2
Filictum 41. 2
Filigni cyathi 42. 1
Filius ante patrē 55. 2
Filix mas & fœmina 42. 1
Fluida 30. 2
Fœmina abrotonꝰ 18. 2
Fœmīa cupreſſus 18. 1
Fraxinus 25. 2
Fraxinꝰ bumelia 26. 1
Frons quernea 9. 2
Frutetum 29. 2
Frutex 29. 2
Frutex excoriariꝰ 30. 2
Frutex ferulaceus 34. 2
Frutetoſus locus 29. 2
Fuſanum 31. 2
Fuſaria ibidē
Fuſterna 15. 1

G

Galba 18. 1
Galbæ ibidē
Galbuli cupreſſi ibidē
Galla ſolida, omphacitis, perforata, fungoſa, aſinina, flaua, candida, nigra 7. 2
Gallæ 7. 1
Galla carpina 25. 1
Gallicū Silphiū ſiue laſerpitium 35. 1
Gallitricum 48. 2
Geniſta 30. 1
Gerandryon 8. 2
Germandrea quæ vulgo dicta 52. 2
Geum 54. 2
Glandē colligere 3. 2
Glandes 4. 2
Glandaria ſylua 3. 2
Glādiferæ arbores 8. 2
Glans fagina 11. 2
Glans querna 9. 2
Glycyrrhidia 39. 2
Glycyrrhiza 39. 2
γλᾶνορ 25. 1
Gordilion 55. 2
Grandula ibidē
Granū paradiſi 37. 2

H

Halimos 33. 2
Haliphleos 11. 1
Hammoniacum 34. 2
Hammonis Iouis delubrum 34. 2

Harmel 48. 2
Herba inſanioſa 32. 2
Herba S. Ioãnis 52. 1
Herba perforata 51. 1
Herbę arboribus circũuolutæ 43. 1
Herbæ lacte manantes 44. 2
Hemeris 9. 1
Hemionon 51. 2
Hemionitis ibidem
Heptaphyllon 47. 1
Hypericon 52. 1. & 2
Hypociſthis 33. 1
Horminũſylueſtre 48. 2

I

Iarus 50. 1
Ilex aquifolia 13. 1
Ilex fœmina, agreſtis, coccifera 13. 1
Ilex, iliceus, ilign⁹ 12. 2
Ilex nigra 13. 2
ὕλη 3. 1
Iliceæ trabes, iligna frons, ilicetum 12. 2
Incenſum 21. 1
Indica Terebinth⁹ 20. 2
Inuolucrum 43. 1
Iouis barba 28. 1
Iouis glans 5. 2
Iſchina ſpina 19. 2
Italica lentiſcus ibidẽ
Iuniperus 18. 2
Iuniperus arceuthos 18. 2

L

Laburnum 28. 1
Lacta 39. 1
Lama 19. 2
Lanigera arbor 40. 2
Larignũ caſtellum 19. 2
Larix 19. 1
Laſerpitiũ & laſer 35. 1
Lathyris 45. 2
Latifolia quercus 10. 2
Lauandula 37. 1
Lẽtiſcus, Lẽtiſcus Chia, Lẽtiſcus Italica 19. 2
Leontice 54. 1
Leucea 30. 1
Libanos 21. 1
Lycia 23. 1
Lygea 30. 1
Lygon ibidẽ
Lilium conuallis 56. 1
Lingua auis 28. 2
Lingua ceruina 51. 2
Liquidus ſtyrax 22. 1
Liquor cedrius 23. 2
Lyſimachia 56. 1

Locus frutetoſus 29. 2
Lotus arbor & herba 13. 2
Lucus 4. 1
Lunaria maior 42. 2
Lupha 50. 2
M
Macedonica cerr⁹ 11. 1
Mala cedria 23. 2
Malacocyſſos 44. 1
Malum pineum 17. 1
Malũ robuſtum 8. 2
Manus Chriſti 48. 1
Maſtiche 19. 2
Maſtiche Chia candida ibidem.
Mas cupreſſus 18. 1
Matriſylua 43. 2
Melampodium 49. 1
Melia 25. 2
Melligreta 37. 2
Milea 25. 2
Mydion 9. 1
Myoſotis altera 53. 1
Myrrha 21. 2
Myrrha fictitia 22. 1
Myrrha reſina ibidẽ
Myrrha ſtillatitia ibidẽ
Myrice 30. 1
Myſij populi 12. 1
Myrobalani 6. 1
Myrobalanus Arabica, Aegyptia, Syriaca, Thebaica, Troglodytica, Aethiopica 6. 1.
Myrobalanus lutea, Inda, Damaſonia, Cepula, ẽpelitica, beletzica 6. 2
Myſen 12. 1
Mittere porcos ad paſcua 3. 2
Moly 48. 2
Montanus 25. 1
Mõtanum cicer 55. 2
Montanũ ſeſeli 55. 1
Morſus diaboli 54. 2
Moſchocaryon 6. 1
Moſelyticũ germẽ 39. 1
Mouere anagyrĩ 31. 2
N
Nardũ celticum 36. 1
Nardũ creticum 50. 1
Nardũ gãgicum 35. 1
Nardũ montanũ 36. 2
Nardum indicum 35. 1
Nardũ Sãpharitticũ 35. 2
Nardũ Syriacum ibidẽ
Nartheca 34. 1
Narthex ibidẽ
Nemus 4. 1

Nyctegregon 42. 2
Nyctilops ibidem.
Nymphea 42. 1
Nuces cupreſſi 18. 1
Nux muſchata 6. 1
Nuces pineæ 14. 1
Nuclei pinei 16. 2
Nux odorata 6. 1
Nux pinea 17. 1
Nuxſapinea 17. 1
O
Oenothera 41. 1
Oleoſa cedrea 24. 1
Oleum picinũ 15. 1
Olybanum 21. 2
Onagra 41. 1
Onyche 37. 1
Onuris 41. 1
Opobalſamũ 40. 1
Opos cyrenaicos 35. 1
Orchis 47. 2
Orchis ſerapias 48. 1
Origanon 55. 1
Orneogloſſum 28. 2
Ornus 26. 1
Orobethron 33. 1
Orobia 21. 2
Oſmũda regalis 42. 1
Oſmundula arborea 42. 2
Oxya 12. 1
Oxymyrſine 30. 2
Ozen 39. 1
P
Piloſella 53. 2
παλίμπιοσα 14. 2
Part⁹ ãte cõceptũ 55. 2
Paſcuarij 4. 1
Pedifera picea 17. 1
Pentaphyllon 47. 2
Peplos 45. 2
Periclymenon 43. 1
Perſicaria 46. 2
Pes vituli 50. 1
Pes Alexãdrinus 32. 1
Pes columbinus 37. 2
Peucedanum 55. 2
Phalangium 52. 1
Phellos 13. 2
Phellodrys 13. 1
Philyca 24. 1
φηγός 11. 1
Phyllitis 51. 2
Phyllon 47. 1
Philura 24. 1
Phœnicia cedrus 23. 1
Phthiropœos 17. 1
Phu 49. 1
Picea 17. 1
Piceaſter ibidẽ

Picea pedifera, ſylue- ſtris, tineoſa 17. 1
πίσσα 14. 2
Picis bitumen 15. 1
Pylos 8. 1
Pilula nuci ſimilis, coni- gera, ſeſſilis, conuolu- ta 8. 1
Pilulæ 7. 1 & 2
Pinaſter 16. 2
Pinea nux 14. 1. & 17. 1
Pineum malum 17. 1
Pinus 16. 1
Pinus fœmina & mas mõtana & maritima. 16. 2.
Pinus ſylueſtris ibidẽ
Piper 29. 1
Pirenæi ſaltus 4. 1
Pyrethron 32. 1
Pyrethrũ ſylueſtre 32. 1
Piſſaſphalton 15. 1
Piſſelæon ibidẽ
Pityida 17. 2
πιτυίνη 14. 2
πίτυς 17. 1
Pityuſa 45. 2
Pix 14. 2
Pix liquida, pix ſicca 15. 1
Platyphyllos tithyma- lus 10. 2
Pleſtinga 34. 1
Polemonium 46. 1
Polygonaton 44. 1
Polypodium 42. 2
Pomum pineũ 17. 1
Porta querculana quæ & viminalis 9. 2
πρίνος, πρίνινος 12. 2
Pſeudocaſia 39. 1
Pſeudonardum 36. 2
Pſilothron 42. 2
Ptarmice 32. 1
Pteris nymphæa 42. 1
Pteris, Pterion 42. 1

Q.

Quercea corona 9. 2
Quercetum 4. 1
Quercula 9. 2. 53. 1
Querculana porta 9. 2
Quercus 9. 1
Quercus latifolia 10. 2
Quermes quermeſinus 13. 1.
Querna glans 9. 2
Quernea frons ibidẽ
Querquera febris ibidẽ
Quibus glandibus viue bant antiqui. 5. 1

R.

Recticortex 11. 1
Reueliũ vineale 45. 2
Reſina 14. 1. & 21. 1
Reſinaceę arbores 14. 1
Reſina corticata, lignoſa, Tyrrhenia, Gallica, Cypria, Syriaca, Colophonia 14. 2
Reſina larigna, abietina, terebinthina, ſicca, liquida ibidẽ
Reſina myrrha 22. 1
Res robuſta vetuſtate .8. 2
Reuponticum 56. 1
Rhus 30. 2
ῥυτίνος 14. 2
Robor 8. 2. & 9. 2
Roboris genera 9. 1
Robur accuſationis 8. 2
Robur ætatis ibidẽ
Robuſtus animus ibidẽ
Robuſta res 8. 2
Robuſtũ malũ ibidẽ
Rodora 54. 2
Roſa canina 33. 1
Roſago ibidẽ
Rumex ſylueſtris 51. 2
Ruſcus 30. 2
Ruta ſylueſtris 48. 2
Ruſticum cicer 55. 2

S.

Sacerdotis virile 50. 1
Sagapenum aut ſagapenion 34. 2
Saliuaris 32. 1
Saliunca 36. 1
Salſicortex 11. 1
Saltuarij 4. 1
Saltus ibidẽ
Saltus pirenæi ibidẽ
Sanicula 46. 2
Sapinea nux 17. 1
Sapinus 15. 1
Saponalis, Saponaria 43. 1. Saron 8. 2
Saronianus ſinus ibidẽ
Satyrion minus 47. 2
Saxifragia maior 55. 1
Scammonium 46. 1
Scordiotis 53. 2
Schinides 19. 2
σχῖνος ibidẽ
Sciſſima 12. 1
Scythica radix 39. 2
Scolopẽdria ſcolopendrula 51. 2
Scordion 53. 1
Scrota ſacerdotũ 31. 2

Segera 43. 1
Semen Iouis 28. 1
Semyda 25. 2
Sena 55. 2
Serapinum 34. 2
Serere ſyluam 3. 1
Serpẽtaria maior ibidẽ
Serpẽtaria minor 50. 2
Seſamoides mai⁹ 49. 1
Seſeli maſſilienſe, æthiopicũ, poloponneſiacũ, Creticũ, Syreon 55. 1
Syderitis altera 42. 2
Sigillum beatæ Mariæ 44. 1
Sigillũ Salomonis 44. 1
Siler montanum 55. 1
Silphion 35. 1
Sylua 3. 1
Syluula 4. 1
Sylua cędua 3. 1
Syluam cædere ibidẽ
Syluam colere ibidẽ
Sylua cõſeminea 3. 2
Sylua glandaria ibidẽ
Syluam ſerere 3. 1
Syluæ mater 43. 2
Syluęſtre pyrethrum 32. 1
Syluestres cerræ 55. 2
Syluestris calamintha 53. 1
Syluestris picea 17. 1
Syluestris pinus 16. 2
Syluestris rumex 51. 2
Syluestris ruta 48. 2
Symphytũ petræũ 46. 2
Synus ſaronianus 8. 2
Syringodes dicta caſia 39. 2
Smilax aſpera 43. 2
Smilax læuis ibidẽ
σμύρα 21. 2
Solanum inſanũ 32. 2
Solanũ ſoporiferũ 32. 1
Solatrum marinum & dormitorium 32. 2
Solatrũ mortale ibidẽ
Spartion Sparton 30. 1
Sphagnon 11. 1
Spina iſchina 19. 2
Stacte 22. 1
Stillatitia myrrha 22. 1
Styracis genera 22. 2
Styrax calamita ibidẽ
Styrax liquidus 22. 1
Strychnon hypnoticon 32. 1
Strychnõ manicũ 32. 2
Strobili 14. 1 & 16. 2

Suber 13. 2
Suberiquercus 13. 1
Succus Cyrenaicus 35. 1
Succus Ponticus & Medicus ibidē
Sudor quercus 10. 1
Sumac 30. 2

T.

Tamariſcus 30. 1
Tamarix ibidē
Tarentina cupreſſus 18. 1
Taxus 26. 2
Teda 17. 2
Terebinthina 20. 2
Terebinthus 20. 1
Terebinthus Indica 20. 2
τέρμινθος 20. 1
Teſticulus canis 47. 2
Thapſia 34. 2
Theligonon 47. 1
Thelipteris 42. 1
Therionarca 41. 1
Theriſtron 40. 2
Thya 27. 2
θύειρ 21. 1
Thymelæa 33. 2
Thuion 27. 2
Thuia ibidem
Thus 21. 1
Thuris arboris lachryma ibidē
Thus fœmininū 21. 2
Thus maſculum 21. 1
Tilia 24. 1
Tineoſa picea 17. 1
Tithymali genera 44. 2
Tithymalis 45. 1
Tithymalus characias, vallaris, maſculinus, amygdaloides 44. 2
Tithymalus dēdrodes, petrophyos, petræus, platyphyllos 45. 2
Tithymalus fœmina, myrſinites, paralius, helioſcopios, coronarius, cypariſſias 45. 1
Tordilion 55. 1
Tormentilla 47. 1
Torpeton 45. 2
Triſſago 9. 2
Triſſago paluſtris 53. 1
Trogetes 27. 2
Turbet 45. 2

V.

Valeriana maior & mi-

nor 49. 2
Valeriana pratẽſis 50. 1
Veratrum album 49. 1
Veratrum nigrũ ibidẽ
Verbaſcum ſylueſtre 56. 1
Vernix 19. 1
Viburnum 31. 1
Viminalis porta, quæ & querculana 9. 2
Vinciboſcum 43. 2
Vineale reuelium 45. 2
Virile ſacerdotis 50. 1
Viſcum 10. 1
Viuebant antiqui glande 5. 1
Viurna 31. 1
Vlmariũ 3. 2
Vinca peruinca 43. 2
Vnguentaria glans 6. 1
Volubilis maior 43. 2
Volucrum 43. 1
Vua dæmonum 11. 1
X.
Xylobalſamum 40. 1
Xylon 40. 2
Xylon Goſſipion ibidẽ.
Y.
Yf 26. 2
Z.
Zegir 38. 2
ζυγία 25. 1
Zopiſſa 14. 2

Finis.

Index gallicarum

DICTIONVM.

A.

Alkermes 13.2
Aliſier, aliſes ibidẽ
Aulneaulx 25.2
Aulne 25.1

B

Baguenaulde 33.2
Blanche putain ibidẽ
Bleu 37.1
Boccaige 29.2
Bocquet 4.1
Bois de gaiac 29.1
Bois de haulte fuſtaye 3.1
Bois de plaiſance 4.1
Bois plante de cypres 3.2
Bois puant 31.2
Bois ſemé ou planté de diuerſes ſortes darbres 3.2
Bouleau 25.2
Bray 14.2
Braſil 29.1
Bruyeres 30.1
Bugle 46.2
Buyſſon 4.1
Butoeſne 56.1

C.

Cabaret 36.2
Canelle 37.2
Cedre 23.1
Charme 25.1
Cheſnaye 4.1
Cheſne 9.2
Cypres 18.2
Couper ung bois 3.2
Cotton 40.2
Cramoyſi 13.2
Cueillir le gland 3.2

D.

Des merueilles 38.1
Double poix 14.2

E

Ebene 29.1
Enſens 21.1
Entretenir ung bois 3.2
Erable 24.2
Eſcarlate 13.1

Eſpurge 45.2

F.

Faine 11.2
Fau Fauteau ibidē
Foreſt 3.1
Freſne 25.2
Freſne champeſtre 26.1
Fugeraye 41.2
Fumee de poiz 15.1
Fuſain 31.1

G.

Gaiac 29.1
Gardes de beſtail 4.1
Gardes de bois ibidē
Geneſure 18.2
Geneſte 30.1
Germandree 9.2
Gland de cheſne 9.2
Gomme hammoniac 34.2
Graine de paradis 37.2
Guy de cheſne 10.1

H.

Herbe à ſiege 43.1
Heſtre 11.1
Houx,houſſon,houſſaye 12.2

L.

La paiſſon 3.2
Liege 13.2
Lieu boccageux 29.2

M.

Merueilles 38.1
Mettre les pourceaulx a la paiſſon 3.2
Mille pertuys 52.1
Myrabolans 6.2
Myrrhe 21.2
Muguet 56.1

N.

Noix de cedre 23.2
Noix de cipres 18.1
Noix de galle 7.1
Noix muguette 6.1

O.

Ormaye 3.2

P.

Paiſſon 3.2
Parc en bois 4.1
Planter une terre en bois 3.2
Poiz 14.2
Poiz de Bourgoigne 15.1
Poiz graſſe ibidē
Poiz noire 14.2
Poiz reſine ibidē
Poiz ſeicche 15.1
Pomme de pin 17.1 & 14.1

Q.

Quercia 9.2

R.

Rameau de cheſne 9. 2
Regliſſe ou rigoliſſe 39. 2
Reueillematin 45. 1
Rouoré 9. 2
Reueillematin des uignes 46. 1

S.

Saulge de bois 46. 1
Saulge doultre mer 48. 2
Seau noſtre dame 44. 1
Semer une terre en bois 3. 2
Senicle 46. 2

T

Tailler ung boys 3. 2
Tailliʒ ibidē
Toile de cotton ou boccaſſin 40. 2

V.

Verare 49. 1
Vermillon 13. 1
Verres de fugere 42. 1
Vert entret 49. 2

Fin.

BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE LYON * 1894 *